

sione aperire; an votum sit solemne, vel simplex, quia non differunt specie, sed accidentaliter, secundum modum, & modum. Nec an duplici titulo persona sit sacra; quod scilicet sit Sacerdos, & Religiosus, quia moraliter est una numero malitia. Unde sufficit dicere: *Habui copulam cum habente votum castitatis.*

552 Religiosus, qui suis tactibus polluit facultatem, peccat contra castitatem, si ve postuoditricus, qui abutitur suis membris ad votum, venerum, peccat contra propriam castitatem; talis est, qui tactibus suorum manuum alium polluit; liquet de muliere voto ligata, que ut sit succuba fornicationis secularis, etiam sine propria defecatione, peccat contra propriam castitatem, quia abutitur membro suo ad eum venerum: *u. n. 215.*

NOMINE LOCI SACRI

554 **I**n nomine ad effectum refugii, non solum intelligitur Ecclesia cum suis Capellis, sed etiam Sacrilia, & totum Monasterium; imo & totum Episcopii Palatium, quia sumus in favorabilibus. In ordine vero ad effectum sacrilegii, in homicidio, mutilatione, humani feminis effusione, & furto, veniunt sola Ecclesia cum cimiterio, minime Sacrilia, Monasterium, Campanilia, & similia; quia sumus in odiosis. In ordine demum ad pollutionem, seu violationem, venit locus ille, qui spectat ad corpus interius Ecclesie, à parte interiori usque ad pavementum, & à parte interiori portæ Ecclesie usque ad ultimam partem Aræ majoris, in clavis Choro, Capellis, & Organo: *u. n. 568.*

555 Cimiterium, quod est locus ab Ecclesia distinctus, singulariter benedictus, & destinatus ad sepulcrum fidelium, violatur, eo tamen violato, non violatur Ecclesia; unde sumit, ut ipsum, reconcietur; polluta autem Ecclesia, polluitur cimiterium; quia principale non sequitur accessorium, sed e converso.

RES SACRÆ

556 **S**unt plures. 1. Sacramenta. 2. Vasa sacra, Imagines, Reliquie Sanctorum Scriptura Sacra, sacra cæremonia; 3. Ornamenta Ecclesie, & ministrorum eius. 4. Bana temporalia Ecclesiastica in sustentationem Ecclesie, & ejus ministrorum deputata. Adeoque, qui male, & irreverenter contra ea legerit, sacrilegium committit.

557 Hinc reale sacrilegium est, Sacramenta susceptio, vel administratio in mortali, simonia, fractio sigilli sacramentalis, profanatio sacrorum vasorum, aut versuum, ut si quis Calice in convivio utatur, aut ornamen-

ta Altaris, & Sacerdotis in profanos usus applicet. Sed, autem est de iis, que consecrati, aut benedicti sunt; nam adhibere ad nuptias, vel communionem utrumque candelabra, & similia, que mediate sacro ministerio interveniunt, non est peccatum mortale, nisi fiat ex contemptu. Sacrilegium reale est lapsus piorum legatorum, vel jurium Ecclesie defraudatio. Peccatum contra votum est sacrilegium, quia res Deo destinata violatur.

558 Sacrilegium non est peccare die festo, nisi fiat ex contemptu: quia tempus extrinsece se habet ad actionem.

LOCUS SACER

559 **Q**uatuor modis lædi potest. Primo, per strepitum forensem, ut si quis negotiationes, seditiones, stultationes eorum, mercaturam, aut similia faciat in locis sacris.

560 Secundo, læditur sacrilege per furtum tribus modis. Scilicet, quando quis furatur. 1. Sacrum de sacro, hoc est rem sacram, ut calicem, veltem, & bona propria Ecclesie, in loco sacro. 2. Sacrum de non sacro, scilicet rem sacram in loco non sacro, nempe extra Ecclesiam. 3. Non sacrum de sacro, scilicet rem profanam non sacram, v. g. pecuniam, aut aliam rem, que sit Ecclesia, aut ejus custodia tradita, deposita, aut ei accommodata.

561 In his tortis sacrilegium committitur, quia in his tantum rei sacra, & loco sacro, injuria inferitur, minime in cæteris; quare si quis criminem dicitur, pecuniam Parochi, quam etiam iure Ecclesiastico, nomine tantum, non Ecclesie, possidet, furetur, sacrilegium non committit, nisi fiat cum notabili injuria loci sacri.

562 Tertio, læditur per pollutionem: *u. n. 568.*

563 Quatuor, per quas repugnantes ejus immunitati: *u. n. 605.*

ECCLESIA CONSECRATA

EXECRATUR,

564 **S**i parietes, i. c. unda majorē partem, simul destruantur, seu corrumpantur, minime, si destruantur successive, ut tandem Ecclesia tota reddi citur: quia tunc secunum prudentem hominum exilimationem non censetur eadem perire veritate; secus, si tota simul, licet postea reddi citur.

565 Nec execratur, si parietibus integris remanentibus, tectum, & alia opera, ligneant, aut comburantur, qui consecratio magis principaliter parietibus inest: hinc in parietibus collocantur Cruces: *u. n. 585.*

Ec-

566 Ecclesia vero benedicta non amittit benedictionem parietibus destructis, quia benedictio inest solo.

567 Si tamen destruat abique spe, ut re adhibetur, eo ipso amittit privilegia loco sacro competentia.

ECCLESIA POLLUITUR

568 **P**rimo, per injuriosam exultationem, nempe, si injuriosus fuerit exultatio igne. Ex Conc. Nîmpe, *D. ana p. 8. in 7. ref. 93.*

569 Secundo, per seputam excommunicati vitandi, aut infidelis etiam infantis; minime, si sit filius parentis fidelis, licet decesserit sine baptismo; quia est pars hominis Christiani: consuetudo tamen est, ut non sepeliatur in Ecclesia.

570 Tertio, per homicidium injuriosum, aut mortalem; unde injuriosa suffocatio, aut occisio hominis facta in Ecclesia abique sanguinis effusione, polluit Ecclesiam.

571 Quarto, per violentiam, injuriosam sanguinis humani notabilem effusionem, que non fit à naribus, aut dentibus, quia sunt organum nimis facile ad emittendum sanguinem.

Effusio aliquarum guttarum, etiam injuriosa, non polluit, nisi occidat; quia effusio abundantiam significat.

572 Quot per copulam illicitam, aut humani feminis effusionem, que sit peccatum mortale, licet, non cadat in terram, dummodo sit externa.

573 Per homicidium, effusionem sanguinis, & pollutionem violatur Ecclesia, etiam si sint occulta: Ex cap. *significasti, de adulterio*, ubi precipitur reconciliari Ecclesiam, in qua quidam adulterium secretum commiserat, postea à muliere publicatum; quia non violatur Ecclesia, nisi per injuriam; adeoque, quando fit injuria; Per hoc autem, quod copula v. gr. occulta incipiat post dies octo impedire à sacris, quando est facta publica, & invidiget tunc reconciliari, non prius, non sequitur, quod prius non fuerit violata: sicut ex hoc, quod percussor occultus Clerici incipiat post dies octo virari, quando percussio est facta publica, non sequitur, quod non fuerit prius excommunicatus; sicut igitur publicatio in hoc casu non facit excommunicatum, sed violentum, sed impedire à sacris, & reconciliandum, *Diana p. 9. in 1. ref. 5. & Bonac. contra Tambur. in Meth. Conf. leg. 2. cap. 7. §. 5. nu. 35. & alior.*

574 Copula conjugal, si fiat ex necessitate, & ad vitandum periculum incontinentie

conjugum, alium locum aptum non habentium, non polluit Ecclesiam; bene vero si fiat sine necessitate, quia tunc est injuriosa, & sacrilegium.

575 Si quis pollutat violententer in Ecclesia adolescentem renitentem, & non consentientem, violatur Ecclesia, quia licet talis pollutio non sit voluntaria, & peccaminosa adolescenti, est voluntaria, & peccaminosa eam causanti; & inde est injuriosa Ecclesie.

576 Ut præfate actiones pollutant Ecclesiam, requiritur injuria; hinc Ecclesia non polluit. 1. Effusio sanguinis facta ab eam priam defensionem. 2. Facta casualiter, aut ab infante, vel infano; secus, si eorum sanguis effunderetur; quia licet non possint facere, pollutant patri injuriam. 3. Si vultus fuit factum extra Ecclesiam, & percussus ingrediatur intus, & ibi effundatur sanguis, aut moriatur; secus si vultus fuit factum intus, & percussus sit egressus extra, & ibi sanguis effusus, vel ductus ad domum post paucas horas in Ecclesia; nam injuria fit Ecclesie, quando datur causa physica effusionis sanguinis in Ecclesia. 4. Sicut violenta venæ in Ecclesia, quia copiosus sanguis effluit, si ex illa non sequatur mors; bene vero, si sequatur mors. Ratio primi, quia venæ est materialiter copiosus sanguinis emissiva. Ratio secundi, quia tunc est homicidium.

577 Polluit Ecclesiam. 1. Recisio digiti, non quia sit mutilatio, nam digitus non est membrum, sed pars; ratione tamen notabilis effusionis sanguinis. 2. Occisio fidelis facta in Ecclesia ab hæretico ob idem, quia licet occisio sit martyrium, occisori est peccatum, & ab eo est injuria facta: *Actio dupliciter, passio grata fuit.* 3. Occisio unius ex errore facta pro alio in Ecclesia, quia ratio formalis injurie desinitur ex loco sacro; & jam occisio, aut vulneratio fuit intentata in individuum Petrus & Paulus. Vide *ver. Homicidium casuale.* 4. Si Petrus exiens extra Ecclesiam, rotam tormentariam immittat intra Ecclesiam, & illi occidat hominem, quia motus est extra, occisio vero, & actio vulnerativa intra Ecclesiam.

578 Quinto. Si quis fuerit in Ecclesia verberatus, itaut, quomvis non sit effusus sanguis fuerint tamen ejus fracta ossa, & contrusa carnes; et violatur Ecclesia, si intra breve tempus sequatur mors; quia talis verberatio est homicidium. Secus, si non sequatur inde mors.

Sex-

579 Sexto. Si quis alium in subita & inopinata rixa in Ecclesia occidit, violatur Ecclesia, quia, ex hoc, quod occisio fuerit subita, & casualis, non sequitur, quin fuerit voluntaria, & inde injuriola, ut potuerit ab occisore impediri: v. n. 64.

Q U E R E S,

580 Quidam Reus sententiatu ad mortem fuit a ministris jussit intra Ecclesiam, ad quam aufragit, verbali vulnere occisus, aut suffocatus, ab Ecclesia sit violata.

R Epondeo cum distinctione: Vel enim talis occisio, aut suffocatio fuit facta ex abrupto, & absolute à Ministris violentibus, aut jubente Judice. Et sic Ecclesia violatur, quia licet occisio delinquentis per sententiam Judicis facta sit justa, et tamen irreverens, & injuriola loco facta, cum ejus sanctitati repugnet.

581 Vel venit casualiter, aut ob defensionem vitæ ipsorum ministrorum, quatenus ministris contentibus cum capere (cum non gaudeant immunitate, quod est omnino supponendum, ex num. 661.) inter tumultum, & motum, & latere unius ministrum tormenti bellici casualitè rota fuit occisus; vel quatenus defendere se volens, ne capiat, dum arma verberat ad occidendum ministros, fuit ab altero eorum in defensionem præventus, & occisus. Et tunc Ecclesia non violatur; quia homicidium casu, aut in defensionem factum non est culpabile, nec injuriolum.

582 Nec polluitur Ecclesia, si tale homicidium fuit voluntarie factum, quatenus Republicæ perturbatur aliter capi non poterat, Bufemb. l. 1. tr. 3. dub. 4. n. 1.

583 Secundum dicta dicta de numer. 581. difficulter potest habere locum in casu suppositionis; quia dum Ministri ita eum captiunt, ut valeant suffocare, pariter valent inermem redere, ac extra Ecclesiam ducere; adeoque cum intra Ecclesiam suffocent, excusari non possunt ex capite propriæ defensionis.

PLURA DE POLLUTIONE RESOLVUNTUR.

584 Polluta una Capella, aut Altari, polluitur Ecclesia, & de converso; quia injuria, & pollutio, in quovis loco intra Ecclesiam eveniens, totam Ecclesiam, ejusque cœmeteria contiguam afficit: vid. n. 555.

585 Exeratus vero Altaribus fixis, non exeratur Ecclesia, nec de converso, Bufemb. l. 6. tr. 3. cap. 3. dub. 4. num. 1. quia inter bene-

dictionem, ac pollutionem ex una parte, & excretionem, ac consecrationem ex alia, hoc est discrimen, quod per benedictionem, & pollutionem benedictur, & polluitur totum, quod est intra Ecclesiam; & deo pollutus Altaribus polluitur Ecclesia, & de converso. Consecratio vero Altarium fixorum, & Ecclesie est distincta, itaut regulariter detur, quod Altaria fixa sint consecrata, non sic Ecclesia; & ideo justum est, ut exeratur Altaribus fixis, non exeretur Ecclesia, nec de converso.

586 Polluta per homicidium una sepultura subterranea, polluitur Ecclesia; quia est pars Ecclesie, ac proinde facit unum cum Ecclesia; nam nomine Ecclesie, venit Vas intra continentem loca ad sacros usus, & ad fidelium corpora humana.

587 Si vero subter Ecclesiam cellula adificata sepultura similis, non tamen destinata ad fidelium sepulturam, sed ad ligna conservanda, & alia pro usu Ecclesie; talis cellula non erit capax pollutionis; quia non est locus sacrum, quantum ad præsentem effectum, ex num. 554. cum non sit locus destinatus ad usus sacros facrificii, aut sepulture fidelium.

588 Item, si in aliqua Ecclesia adificata cellula intra concavum parietis, à parte interna Ecclesie, tunc polluta cellula, polluitur Ecclesia, quia est pars Ecclesie. Si vero inter divisæ ab Ecclesia pariete lapideo, ligneo, &c. & solum habeant crates intra parietem Ecclesie, ubi Confessiones excipiuntur, uti esse solent in Ecclesiis Monialium; tunc tales cellule non sunt capaces violationis; quia quoad effectum pollutionis, ex nu. 554. non sunt loca sacra.

589 Si extet Ecclesia ex pluribus inadæquatis, & prope positis constructa, qualis esset Panormi Ecclesia D. Petri, si ejus tres Ecclesie inadæquate essent junctæ, non collumini cœmentitris, sed parietibus, una polluta, non essent alie pollute; ex cap. un. de consecr. in 6. ubi dicitur: Non unum, sed plura cœmeteria esse volentibus, qua quantum sibi coherentia, pariete tamen medio seunguntur; adeoque cum dictæ Ecclesie sint seungente parietibus mediis, non una, sed plures Ecclesie censentur, ac proinde polluta una, non sequitur, quod polluantur alie. Non impeditur tamen Ecclesiarum pluralitas per hoc, quod ex una in aliam detur aditus, quia vere sunt distincta vasa.

590 Idem sequitur dicendum de Ecclesiis, quarum una est subter aliam; sunt namque seunguntur pariete medio, nempe fornice, qui quidem secundum faciem superiorem, est

est interior uni vasi, respectu cuius habet rationem soli, & secundum inferiorem est interior alteri vasi, respectu cuius habet rationem tecti, taliter ut sit idem materialiter, diversus formaliter secundum formalem prudentum estimationem in ordine ad constituendum diversa.

DE RECONCILIATIONE ECCLESIE.

591 Ecclesia polluta est reconcilianda. Si est benedicta, eam reconciliare potest simplex Sacerdos aqua à se benedicta, utendoformula Rituum Romani.

592 Si sit consecrata (qualis censetur, si consistit ex fama publica, à qua scriptura authentica, vel si celebretur festum Dedicacionis, aut si adiant signa, seu Cruces consueve affigi in Dedicacione) tunc est reconcilianda ab Episcopo aqua per ipsum, cum sale, vino, & cinere, benedicta. Qui non potest eam facultate simplicis Sacerdoti, nec suo Vicario, qui non sit Prælatu, delegare, ex cap. Aqua, de consecr. Ecclesie.

593 Prælatu tamen Regulares, etiam locales, pollunt proprias Ecclesias consecratas in casu pollutionis reconciliare, ex priv. Leonis X. Bulla à apud Rodr. Debent tamen adhibere aquam à Episcopo proprio benedictam, si possibile non dilet per duas dietas, videlicet per quadraginta milliana. Si vero ille sit dilet, uti pollunt aqua ab ipso Prælatu regulari benedicta. Si Episcopus exiit intra diecensum, dilet tamen, ut supra, à loco, ubi violatio accidit, censetur distans, licet sit ibi ejus Vicarius: 1. quia Vicarius non potest, ex n. 592. 2. quia alias nunquam contingere potest de usu privilegii.

594 Ecclesia polluta non reconciliatur per sacrificium ubi peractum, de Lugo de Euch. d. 20. sect. 2. n. 62. contra Dian. m. p. 2. tract. 14. res. 69. & Tamb. in meth. cel. Mis. lib. 1. c. 84. n. 5. Primo, quia si sacrificium etiet sufficiens ad Ecclesiam pollutam consecrandam, etiet sufficiens ad eam non consecratam consecrandam. Secundo, quia est jure præscriptum, quod si pollutio contingat incepto Canone, sed ante consecrationem, Sacerdos debeat Missam prosequi, & perficere, ut in rom. 3. n. 320. & tamen Ecclesia non reconciliatur, ut de decursu Sacri Canonis, licet Sacrificium, & consecratio sint post violationem. Tertio, quia in Ecclesia violata potest de licentia Episcopi in casu necessitatis celebrari; & tamen prax est, ut postea reconcilietur.

595 Non obstat fundamentum opinionis oppositæ, quod per sacrificium nedum benedicuntur vestes non benedictæ, sed consecrantur par-

Examen Ecclesiæ.

tena; & calix non consecrata, in quibus sacra unctio requiritur, quatenus sacrificium aequaliter; imo eminenter unctioem continet; nam ex sacrificio non habetur facer ille contrahit cum Ecclesia, qualis in vestibus, patena, & calice.

596 Qui celebrat in Ecclesia polluta, ante quam reconcilietur, nullam censuram, aut irregularitatem incurrit; quia nulla est expressa in jure.

597 Peccat tamen mortaliter, nisi excuset necessitas, in casu enim necessitatis, puta si die festo non suppetat populo alia Ecclesia, in qua possit Missam audire, vel si mane, quo in aliqua Ecclesia celebratur festum solemne, homicidium contingeret; tunc posset de licentia Episcopi ibi celebrari. Imo licentia non esset necessaria, si opportuno tempore ad Episcopum recursum fieri non posset. Tamb. cit. l. 3. c. 6. §. 3. n. 1.

Q U E R E S I.

598 Ecclesia fuit violata per sepulturam excommunicati vivanti. Quid agendum? Dico, quia corpus esse exhumandum, & extra Ecclesiam projiciendum; si tamen possit discerni; aliter esse tolerandum, ex cap. sacris, de sepul. & locus ipse etiet reconciliandus, ut supra.

599 Ipsi vero, qui scienter, & temere hujusmodi excommunicatos in Ecclesia, aut Cœmeterio sepeliunt, sunt ipso facto excommunicati; in Clem. Eos qui, lib. 3. tit. 7. de sepul. minime, si id faciant ignorantes, etiam ignorantia culpabilis excusat, quia jus scientiam, & præsumptionem expostit, n. 1000. 2. n. 379.

Q U E R E S II.

600 An hujusmodi excommunicationem incurran, nedum cum physice sepelientes, verum etiam mandantes, consentientes, aut favorem dantes ad sepeliendum?

N EGAT CASI apud Donatum nom 4. tr. 9. q. 38. n. 6. quia jus solum loquitur de sepelientibus, & cum sit pœnalis, non debet extendi ad casus non expressos.

Resp. Affirmative, Donatus cit. n. 7. & Suar. cum Gualtero in Clem. 1. de sepul. 1. quia nomine sepeliendum veniunt etiam mandantes, & ceterum cum sint causæ influentes in actum sepeliendum, dicuntur sepelire.

601 Secundo, quia alias lex pœnalis est inutulis, & ludibrio expulsa. Et est inutilis; quia talis lex est edicta, si pœna spiritali terreat & coercet ab hujusmodi excessu; qui non impediretur, si pœna solum afficeret vilem ministrum, qui alius non intendit, nisi mercedem sui ministrari, & non prim-

principales ipsos, qui id mandant, consulunt, &c. quae de fide non legis non curant; & imo illud desiderant, cum non eos ferret, & ita esset iudicium. Unde ratio in oppositum edicitur, quando finis non ruit, nec inutilis edicitur.

602 Verum tamen est, non comprehendere eos, qui tantum comitantur funus, cantant, luminaria deferunt, & similes, atque illi, qui cadaver suis humeris ad Ecclesiam deferunt, si non deserant sepulturae, nec operiant terra, aut mandent operiri, quia non dicuntur sepelire.

De sacrilegio, pollutione, & reconciliatione, agunt Scotus in 4. dist. 17. q. un. litt. N. Matruis dist. 11. nu. 35. Bonac. tom. 2. p. 225. Jo. de la Cruz pag. 349. 369. Tamb. tom. 1. lib. 2. c. 6. §. 3. lib. 7. c. 2. §. 1. & in meth. celeb. Miss. l. 1. c. 3. Bulemb. lib. 3. rr. 1. c. 2. d. 2. Donatus cit. Port. Rodr. Miranda sub tit. *Benedictio Ecclesie Sacregrigue*, Clericatus ad c. 26.

IMMUNITAS ECCLESIASTICA

603 **E**st exceptio ab omnibus secularibus. 604 Est triplex, *Localis*, quae Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis competit, *Realis*, quae rebus, seu bonis ad Ecclesiam, aut Clericos pertinentibus, & *Personalis*, quae ipsis personis Ecclesiasticis competit.

IMMUNITAS LOCALIS

605 **D**uo continent jura. Primum est *Jus immunitatis ab actionibus prophanis, & secularibus*, & *loci sanctitati repugnantibus*; quod est de jure non solum Canonico, & civili, sed etiam divino, ex pluribus Sac. Script. locis; maxime Marci 11. ubi *Christus Capite ejus circumdedit, & omnes in templo, &c. dicens eis: Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus; vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

606 His immunitate gaudent Ecclesie consecratae, benedictae, coemeteria, & oratoria in aedibus privatis, aut agris, ab Episcopo ad divinum cultum deputata.

607 Actio 8. quae ibi prohibentur, sunt lites, & cauae seculares, maxime saneuini, & penae corporalis, negotiationis, foeda colloquia, publica communitatum laicorum concessio, & de rebus temporalibus, ludii theatrales prophani, comediae, &c. *Concordium 12. de vita, & honeste. Clerici con. vicia, & similia, c. Non oportet. 5. c. Nulli 6. dist. 22.* Hinc, si aliquod iudicium laicale, criminale, aut civile in Ecclesia agatur, nullum est, & invalidum, ex c. *Decret. 2. de Eccl. immunit. in 6.*

Insuper Ecclesia non debet incastellari ad offensionem; potest vero ad defensionem, ut bona defendantur a malis. Hinc non peccant, qui temporis hostilitatis, non valentes alia via se tueri reddere, ad Ecclesias confugunt, & ibi fortificati, *Alarius pag. 200. n. 15. v. n. 611. 608* Secundum est, *Jus asyli, & refugii*, quod gaudent loca sacra, ut rei ad ea confugiennes non possint per vim extrahi.

IMMUNITAS ASYLI, ET REFUGII

609 **E**st solum de jure humano, Canonico, & civili, maxime ex toto tit. *de his, qui fugiunt ad Ecclesiam.* Est enim hic sermo de Immunitate Ecclesiastica, & Canonica, minime de Politica, & Civili, quae gaudent Palatia Principum, & Oratorium, juxta consuetudinem Regionum.

LOCA, QUAE GAUDENT

610 **S**unt Ecclesie omnes, etiam si non sit ibi Eucharistia, & si non sint perfectae, licet inceptae, & violatae, inter quae: domus, sed cum spe reedificationis; Coemeteria, Materiam Religiosam, & ditionum sacrorum vicorum, Sacristiae, testae, campanilia, horti, videria, infirmariae, portae, scaleae, & similia loca, siotis sacris contigua: ut in n. 554.

611 Gaudent infirmariae Religiosorum seculares, & granae, seu hospitia, in quibus servatur Clausura; quia sunt loca religiosa, & veluti parvi Conventus, & Monasterii membra, Capellae rurales Religiosorum; minime Villae, quas deinent recreationis causa, & domus, in quibus ad tempus morantur, & non servatur Clausura, etiam in Ecclesiam viciniam, ubi celebrent, habeant.

Ecclesia tempore belli incastellata ad officium non gaudet, *Alarius pag. 200. n. 9.*

612 Gaudent Palatia Episcoporum, ex Concilio Aurel. in c. *Id. confirmamus 17. q. 4.* quae immunitas est concessa dignitari Episcopali; nam ibi nulla fit distinctio de Palatis sitis intra, vel extra quadraginta passus ab Ecclesia, nec de habitantibus Oratorium, nec de Episcopis Titularibus. Quod est verum, etiam si Episcopus sit mortuus, aut absens: at de Episcopis extra diocesium, aut Titularibus, attendenda est consuetudo. Quae extat pro Palatio Archiepiscopi Montis Reagalii Panormi tici, quod gaudent, & rite; quia licet Panormi sum, ex perpetua consuetudine servat jura Montis Regalis annexum habet Oratorium publicum, ubi sacra peragi, & sacri Ordines conferri solent.

Ma-

613 Maxime attendenda est consuetudo pro Palatio Praelati inter otis, jurisdictionem quasi Episcopalem habentis; quae dicitur caput loquatur de Palatio Episcopi. *Fagnanus lib. 3. c. Ecclesie, & immunit. numer. 35.* qui refert *decis. Sac. Congr. immunit. 6. Novemb. 1634.* quae ad favorem Archimandritae Mellanen. tria decia fuerunt. 1. *Palatium Archimandritale, etiam conditum, non fixum, & habens Ecclesiam junctam in Civitate Messanen. gaudere immunitate Ecclesiastica, sicut legitima consuetudine.* 2. *Familiares Archimandritae gaudere privilegio fori, sicut etiam consuetudine.* 3. *Archimandritam in Civitate Messanae degenere posse Magistratus coercere censuras sub sua jurisdictione substatam.* Et dir. 27. Martii 1645. *eadem de Sac. Congr. immunit. stetit in decisis.*

614 Palatia Cardinalium extra Urbem gaudent ea similitudine cum Palatis Episcoporum. At non gaudent in Urbe; quia hoc privilegium ab eis ablutantur Greg. XIII. & Sixtus V. solum pro Urbe.

615 Gaudent loca habitata per Clericos seculares, ad instar Religiosorum viventes, uti sunt: Patres Oratorii Sancti Philippi Neri, Seminaria Clericorum, Eremitoria, Domus Orphanorum, puellorum reparatum, Male nuptiarum, &c. Et Hospitalia. Haec sunt loca Religiosa, & ut gaudent, requirunt, quod sint auctoritate Episcopi fundata.

616 Collegium de Propaganda fide gaudet, quia est auctoritate Pontificia erectum.

617 Non gaudent Campanilia ab Ecclesia separata, nisi sint intra triginta passus. *Ex Declar. S. C. 7. Decemb. 1632.*

Nec domus Canonicozum, nisi sint intra Ecclesiam septa, videlicet in ejus atrio, & porta communi clausa, ubi Panormi sunt domus Parochi in atrio Ecclesiae Sancti Antonii, quae clauduntur porta communi Ecclesiae. De domibus vero Canonicozum, & Parochorum Ecclesiae contiguas, & intra triginta passus sitis, gaudere docet Diana p. 6. rr. 1. ref. 2. At Tancr. tom. 1. lib. 4. q. 3. num. 19. ait, standum esse consuetudini, quam (subdit) nullibi forte videri.

618 Non gaudent Oratoria privata, quae in domibus nobilium solent extare, quamvis in eis celebretur.

619 Gaudent vero Oratoria publica, auctoritate Episcopi erecta. *Oratorium publicum est, quod jantam expostum pro omnibus habet, & Campaniam supra tectum, quae publice pollatur, ad convocandum fideles ad divina peragenda, sicut ad Sacrum in ea audiendum: hujusmodi sunt Oratoria Confraterni-*

latum, & pura Oratoria in agris, quorum parva solent esse constructa parietibus vicinis, sed aliquantum distans a parietibus domorum secularium. Et Tamb. in *Mer. Miss. l. 1. c. 6. §. 2. n. 5.* tenet, Oratorium publicum esse illud, in quo est *Janua exposta, affixa domui aliena seculari, sicuti ante Janua exposta pro omnibus.*

720 Parietes quoad superficies extrinsecam gaudere docet Diana p. 6. rr. 1. ref. 2. ita ut ad Ecclesiam confugiens, & gaudent, si parietes Ecclesiae extrinsecos tangant. At rite negat Tancr. cit. ad n. 8. quia amptiorum privilegii non est extendenda ultra verborum proprietatem; jura autem requirunt, quod sit in Ecclesia, seu in loco sacro, quo volunt non posse extrahi; in Ecclesia vero dicitur esse, qui est supra tectum; at non qui de foris, & extrinsecus parietes Ecclesiae tangit.

621 Item in Ecclesia diceretur esse, ac proinde immunitate gauderet, qui in tali loco esset, ut circumdaretur muris fundamentibus Ecclesiae; minime, qui pedes extramuros fundamentales haberet, quamvis sub aliqua concavitate extra muros protenderentur. In Ecclesia tamen celebrari esse, & inde gaudere qui Ecclesiae portam, aut velles apprehenderet.

622 Gaudet Sacerdos defensus Oleum Sanctum, aut Eucharistiam infirmis, & qui cum Cotta & Stola post Crucem ad mortuum sepehendendum incedit.

623 Gaudet, qui ad Sacerdotem confugit Eucharistiam deferentem. Qui cum aliis legitime immiscet, & per viam Sacramentum allociatur. Qui cubiculari infirmis, ubi est Sanctissimum, intrat. Quod Tancr. dicit extendi ad intrantem domum, ubi est Sanctissimum. licet non sit ingretus cubiculum. Nam Sanctissimum est principalis ratio, cur Ecclesiae sit concessa immunitas.

624 Ita Tancr. tom. 3. lib. 4. dist. 8. q. 4. n. 5. addit: *Audoe dicere, non absolum videri, quod etiam in casibus exceptis de Greg. debet ad gaudere immunitate videri, qui ad Sacram Eucharistiam immediatim confugit, & v. q. illam gestando, si esset Sacerdos, vel Sacerdotem gestantem tenendo; quia non debet Christiana pietas gentium superstitioni cedere; cum ibi putative gravissimum Lucii Sylle seculi extraxerunt Aristonem vellem lae Manesitae ad Mineram Ratna, quo confugit, & ob id de seite immo infelicem vitam semper duxisset, ut refert Paulus in Actibus. Ratio est, quia tantum jura, & Greg. loquuntur de immunitate Ecclesiarum, non autem hunc casum exprimunt; sed reverentia tanto debita Sacramento dilata, contrarijone contingat casus.* Et quidem leg-

E. 2. dic-

disponere solent super iis, quæ regulariter contingunt: v. n. 643.

645 Denique Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, immunitate gaudet, non minus, imo potiori ratione, quam Palatia Episcoporum, & reliqua loca à n. 611. ad 615. velata.

646 Non obstat, quod non sit expressum in Bulla Greg. XIV. Quia Bulla Greg. XIV. Cum alias 23. Maji 1591. revera hæc exprimit loca: Ecclesias, Monasteria, Sacella, domus regulares, & secularis, locave sacra, aut religiosa.

Loca sacra dicuntur ea, quæ sunt destinata ad Sacrificium, & usus sacros, aut ad sepulchram fidelium: hujusmodi sunt Ecclesie, & Cæmeteria, quæque ad usus profanos redire non possunt. Loca Religiosa dicuntur ea, quæ sunt destinata ad actus pietatis, & Religionis: ut in n. 611. & 615.

647 Greg. autem dicta exprimens, nil disponit de locis, sed ea supponit juxta jus commune, & solum disponit de calibus, assignando numerum exceptorum, & de modo extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis; loca vero, personas, & alias circumstantias reliquit conformiter ad jus commune. Tancred. tom. 2. tr. 1. lib. 4. disp. 8. q. 4.

648 Causa enim motiva, & finis emanationis Bullæ (in eam perlegenti constabit) fuit extirpare absurda, & scandala, quæ in præjudicium locorum factorum, ac Religiosorum, & personarum Ecclesiasticarum, sequebantur, ex pluribus indultis à Sixto V. & Pio V. concessis quibusdam Principibus, extrahendi reos ab Ecclesiis, super aliquibus casibus, etiam à jure non permittis: ex quibus indultis sæpe ortum fuit [sunt verba Bullæ:]

649 Ut infime interdum conditioni laici, non modo juris, sed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi potestates, aut Ministri Curie secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant, & indultarum hujusmodi limites longe excesserint, eaque suo arbitratu in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detulerint, & illorum prætextu, quicquid sibi in mentem venit, attentare presumpserint, in grave jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, locorum, & personarum divini cultus dedicatarum contentum, ipsius divine Majestatis offensum, & scandalum plurimorum.

650 Quare numerum casuum exceptorum præscribit, insuper modum tradit extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis.

651 Quantum vero ad loca, & personas Ecclesiasticas, nil novi disponit, & nil loqui-

tur limitando, sed favendo, ac eorum immunitatem impræjudicatam volens perferre, suo robore jus commune relinquendo. Quod ulterius conciliat. Primo, quia non exprimit in specie loca sacra, & Religiosa, sed utitur particula generali: Loca sacra, aut Religiosa, personæ divini cultus dedicati: Secundo, liquet ex verbis Bullæ, ut sequitur: Sicuti etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas seculares, aut vasa Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani Regulares, quoquo modo, etiam vigore prædictorum privilegiorum, indulgentiarum, aut concessionum, que omnia ad terminos juris communis per presentes veducimus, procedant, aut se intromittant.

652 Quibus præmissis, sic totidem [meo videri] efformo discursus: Palatium Inquisitorum, Collegium de propaganda fide [sic dicam plus] Seminarium Clericorum, domus orphanorum, Puellarum reparatarum, item & male nuptarum, non sunt expressa in Bulla Greg. & tamen ex n. 511. ad 615. gaudent immunitate, ut docet communis cum citandis Doctoribus, non alia ratione, nisi quia sunt auctoritate Pontificis, aut Episcopi erecta; & loca sacra, aut Religiosa, ad opera pietatis, & Religionis destinata. Ita Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, quavis non sit expressum in Bulla Greg. immunitate gaudet; quia est erectum auctoritate Pontificis.

653 Et potiori jure; quia loca recensita sunt loca Religiosa, in quantum sunt destinata, ut in eis conferretur à lapsu puella, ut in eis facris, & humanis litteris, ac bonis moribus, ad alios intrinsecus exercitatur studentes: Ita à fortiori locus Religiosus quoad effectus refugii erit Dominorum Inquisitorum Palatium, in quo majora Pietatis, & Religionis opera exercebantur: in quo causæ fidei, causæ Dei adjudicantur, in bonum commune totius Christiane Republicæ: in quo errores contra fidem, & bonos mores extirpantur, & Christiana Religio immunitas ab omni hæresis labe servatur. Adeoque potiori jure, quam recensita loca, immunitate gaudet.

654 Insuper Greg. loca sacra aut religiosa non exprimit in specie, sed per particulam generalem loca sacra, aut religiosa; adeoque voluit omnes comprehendere species, & nullam excludere, & consequenter comprehendere voluit non solum recensita loca, verum etiam Dominorum Inquisitorum Palatium, ubi causæ fidei peraguntur, ut locum sacrum, & religiosum, quoniam sub genere continentur species.

Ad

635 Adde, quod sicut hoc privilegium Palatium Episcoporum competit, ratione dignitatis, etiam si Oratoria non habeant: ut in n. 612. ita competere debet Dominorum Inquisitorum Palatio, ratione dignitatis quali Episcopalis, imo quantum ad causas fidei, majoris, cum sint delegati Sedis Apostolicæ, ordinariam potestatem habentes, eam namque habent ad universitatem causarum. Eo maxime quia eorum Palatium Oratorium publicum habet, in quantum in eo præcepto additionis sacris satisfaciunt, modum Sancti Officii Ministri, verum

636 His accedit Panorini fundamentum consuetudo, quæ Rei ab initio fundationis Palatii, ad illud consuetas, religio lætari sunt: quia tamen eorum mora non solet esse opportuna in Palatio, Dominorum Inquisitorum mos fuit, eos in Palatio refugiatos, in aliquam Ecclesiam, & in manibus Ordinarii remittere, in quantum ad illum spectat immunitatis custodia, & iudicium, juxta dispositionem Gregor. XIV. ex n. 690.

637 Et quavis hæc consuetudo septuaginta ab hinc annis videri possit aliquando interrupta, interruptio favet; nam licet Rei, qui ad Palatium confugerunt, fuerint aliquando vi extracti, Domini tamen Inquisitores reclamaverunt, etiam per monitoria, ac censuras, argue etiam Rei fuerint ad eundem locum, ut ad locum refugii, restituti, & sic restitutos eidem Domini Inquisitores (ut supra n. 636.) in aliquam Ecclesiam in manibus Ordinarii remiserunt.

CASUS EXCEPTI,

638 In quibus non suffragatur immunitas Ecclesiastica Reia, à Greg. XIV. præscripti, sunt septem.

639 Primo, Publici latrones, viarumque grassatores, quibusvis frequentata, vel publicas stratas obfident, ac viatores insidias aggressantur.

Publici latrones sunt, qui palam, & publice furantur, ut sunt privati, qui publice flunt in stratis, vel qui arcem habent, aut castrum, & discurrunt homines transentes, Abbas. Tales publici latrones, & viarum grassatores occidere licet sine peccato, & pena, non tamen licet irregulartate, nisi pro necessaria vite defensione, nisi pro. Cum homo 23. quest. 5. Fagnanus in lib. 3. cap. Inter alia, de immunitate: vide tom. 2. pag. 506. mon. 63.

Hic continentur, qui sæpe, aut pluries furari sunt; minime, qui semel, aut bis; Examen Ecclesiasticum.

vel pluries effectu non secuto. Comprehen- dendos, si id publice faciant, non secuto. Tancred. citat. quest. 5. num. 11. vult eos non gaudere, si in aliquo loco, etiam in Ecclesia, secreto, sed illicito morantes, illic transientes, vel dolo adfectos componerent; quæ æquivalent publicis latronibus, & grassatoribus, qui publicas stratas obfident.

640 Secundo, Despopulatores agrorum, videlicet, incendiarii legumum, aut frugum agrorum. Sufficit, quod delictum sit occultum, dummodo constet. Unde excluduntur alii incendiarii etiam immoiores, ver. fr. domorum, portarum Ecclesiarum, & ex numero 661.

641 Tertio, Homicidarum, & Mutilatorum in Ecclesia, aut eius Cæmeterio. Requiritur effectus securus, puta mors, & abscissio membri. Vide dicta de irregulari, ex mutilatione. Non suffragatur, si sit ex subita rixa; quia in Bulla non fit hæc exceptio, Tancred. cit. n. 15. contra Dianam p. 1. ref. 11. & par. 6. ref. 7. de immu. v. n. 675.

642 Non comprehenduntur in casu excepto. 1. Qui in Ecclesia vulnerant, sed non occidunt, nec mutilant. 2. Qui occidit eum, qui extra Ecclesiam peccata sua confitetur. 3. Qui occidit in porticu, scilicet, testio, aut simili loco Ecclesiæ; quia cum simus in odiosis, dicta loca non veniunt nomine Ecclesiæ, ex numero 554. Et Bulla per illam particulam, in Ecclesiis, eorumque Cæmeteriis, expressit pro exclusione, quod delictum sit commissum intra Ecclesiam. 4. Qui ab Ecclesia ictum emittit, sed hominem extra existentem occidit. Comprehendit autem, qui de contra extra existentem intra Ecclesiam emittit, & ibi occidit. 5. Non comprehenditur, qui inimicum ab Ecclesia, vi, aut dolo extrahit, & foras occidit. 6. Mandans, aut consulens homicidium in Ecclesia, Tancred. cit. n. 19. Cætopral. Bonac. & Diana apud ipsum, contra alios; quia cum simus in odiosis, videlicet contra privilegium immunitatis Ecclesiæ, verba Bullæ excipientis accipienda sunt in propria significatione; mandans autem, aut consulens homicidium, non dicitur occidere, nisi ex juris interpretatione: v. n. 650.

643 Eadem ratione, in casu excepto non comprehenditur eum, qui se ipsum in Ecclesia mutilat, tenet Tancred. citat. quia hæc casus non videtur in Bulla comprehendendi; nam lex non attendit ad ea, quæ raro contingunt, ut in numero 624. Et qui se ipsum mutilat, ut

E 3 non

non punitur poena ordinaria: *v. numer. 661.*

644 Quarto Qui proditorie proximum occiderunt. Proditor proprie est, qui alium occidit simulata amicitia, per insidias, nullo precedente rancore, aut inimicitia, quam occisus praeceverat poterat.

Nomine proximi, venit etiam infidelis, ex n. 290. quoniam ex precepto divino tenetur diligere n. 280. & 404.

645 Qui inimicum incantum, aut à tergo, vel dormientem occidit, non est proditor, sed potius traditor: unde non excipitur: *vid. n. 665.*

646 Proditor est, & inde excipitur, qui sub facie amicitiae potum, aut cibum offerens, aut ministrans, venenum praebet, & occidit. *Ex Decl. S. C. 3. apud Dianam p. 16. n. 1. de immunit. ref. 12.*

647 Proditor est, & inde excipitur, qui inimicum per insidias occidit, post fiduciam datam de illo non occidendo, aut post reconciliationem factam per osculum, tactus manuum, per comestionem simul data opera, per munera, aut litteras familiares sibi mutuo missas, aut per familiaritatem inter se habitam, quia ille post reconciliationem erat iustus, & praeceverat non poterat. *Tancr. cit. numer. 21. contra Dianam par. 4. n. 1. ref. 34. dicentem, quod inimicus reconciliatus semper sit inimicus; cuius opinio sua probabilitate non caret, maxime cum pro ea stet illud Eccles. 12. Non credas inimico tuo in aeternum, &c. In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiam, ut subvertat te in secretum.*

Hi tamen, qui volunt ad proditorium requiri, quod non praecesserit rancor, & inimicitia, exposcunt, quod rancor talis esse debeat, quo quis possit prudenter dubitare, quod alius sit paratus mortem inferre. Unde docent, à proditorio non excusari, si rancor fuit levis, qualis inter amicissimos saepe solet contingere.

648 Proditor est, & inde excipitur, qui puerum municipalis allecit, & postea occidit, & absolute, qui aliorum pueros occidit; quia vere occidit hominem omnino incantum, qui praeceverat non poterat, quique est inimicitiae incapax.

649 Eadem ratione idem docet *Tancr. cit. n. 23. de procurante abortum foetus animati, effectus secuto. Contra Dianam p. 3. ref. 72.*

650 Non excipitur à Greg. mandans, aut consulens; quia tantum moraliter, ex juris interpretatione, rei hominum exultimatione dicitur occidere; minime physice, & ex natura rei: *v. n. 642.*

651 Non excipiuntur allociantes, etiam

si verbis occidere volentem animosiores reddant, dummodo nil physice praesentent, nec impediunt, quod occidendus se defendat, quia occisor est potens, & ipsi non faciunt unum cum occisore.

652 Si vero omnes ex compacto proditorie aggrediantur, quamvis unus ab aliis se elongans occidat, omnes sunt proditores. Similiter, si plures conveniant, & sub colore amicitiae occidant, quamvis unus solus istum insigat, & alii exubias faciant, aut defensorum accessum impediunt, omnes sunt proditorie occisores, & à Gregor. excipiuntur; quia stante compacto omnes aggrediantur, physice adjuvant, faciunt unum cum occisore, atque inde vere, & physice, non sola juris fictione, occisores dicuntur. Ad differentiationem eorum, qui non ex compacto, sed ex rixa digladiant; tunc naque solus, qui istum dedit, dicitur occisor, & poena ordinaria punitur.

Hinc à Gregor. excipitur, qui adjuvat, tenendo occidendum, aut timore istud gladio incutendo; aut ne se defendat impediendo.

653 Non excipitur autem, sed gaudet, qui arma praebet volenti proditorie occidere, quia valde remote concurret. *Tancr. cit. numer. 25.*

654 Quinto, Assassini. Assassini est, qui aliquem pecunia, aut alio pretio à simili conductus ad alium occidendum, & qui hic conductus alium incantum occidit. Unde assassinus est non solum mandans, sed etiam mandatarius. Com. contra aliquos. Sufficit, quod pretium sit acceptatum, licet non datum. Requiritur autem, quod sit datum pro occisione; secus, si pro expensis itineris, armorum, &c. Et quod mors sit secuta.

Assassinium est, si mandans promittat mandatario officium aliquod intercedere, si adit moralis certitudo consecutionis. *Tancr. cit. n. 36. contra Dianam; quia parum refert, quod pendat ab alterius voluntate, dum est res pretio estimabilis.*

655 Assassini sunt adjuvantes principalem assassinium, etiam si mercedem non acciperint; quia faciunt unum cum illo: *ut supra n. 651.*

656 Assassinus non erit, qui alium incantum occidit, ex precibus, aut solo alterius mandato, nullo intercedente pretio, vel ut ei gratum faciat, aut spe lucri.

Mediator non est assassinus.

657 Sexto, Haereticus rei sunt haeretici for-

Hi tamen, si ob alia delicta non excepta ad Ecclesiam confugiant, immunitate gaudent quantum ad illa, *ex n. 661.*

Qui furatur pyxidem unum particulis confectis, non gaudet immunitate: quia hoc delictum sapit speciem haereticis: *v. n. 672.*

658 Septimo, Lesae Majestatis in personam Principis rei. Nomine Principis veniunt Principes supremi, puta Reges, & alii, qui in temporalibus alium superiorem non agnoscunt, ut plures Italiae Principes; minime pure tituli.

659 Peregrinus, apud Dianam vult venire Cardines, qui computantur inter Reges contra Farinacium.

660 Non veniunt Proreges, fratres, & uxores Regum, nisi sint Reginae in capite, puta ex morte Regis, seu successione.

661 Hi sunt casus excepti. Quamvis autem per jus civile alii sint excepti, puta homicidae, adulteri, raptores virginum, &c. de illis non est curandum; quia jus civile est correctum per jus Canonicum; unde solum standum est casibus per sacros Canones exceptis, qui sunt taxati septem, quos Greg. XIV. in sua Bulla exprimens voluit, ad exclusionem casuum à jure civili, vel consuetudine, & quovis usu in contrarium excipitorum; expresse prohibens, ut non possit fieri extensio ad alios excipientes casus, *Ex identitate, utae majoritate rationis.* Exceptio autem firmat regulam in contrarium. Unde Bulla Gregor. tollit omnem consuetudinem etiam immemorabilem contra formam ab ipso praescriptam.

662 Hinc immunitate gaudent exules, profecti, sui banniti, etiam capitaliter, nisi sint banniti ob delictum exceptum: Monetarii: Negantes tributa Regi: Ejus oratores occisores: Eisdem status evertentes: Qui se Regem facit: Appellantes ad futurum Concilium contra Papam: Qui rebellionem parat contra statum, seu Provinciam suis Regis. Hi naque, quamvis sint rebelles, & committant enorme crimen laesae Majestatis; adeoque puniuntur morte, non committunt casum exceptum quoad immunitatem.

Quia enim crimen laesae Majestatis antea non erat in jure Canonico exceptum, ac proinde juxta illud omnes gaudebant, Gregor. XIV. illud moderari volens, immunitate privat eos, qui immediate, & directe Principem offendant, & injuria afficiunt, ut esset ejus personam occidendo, verberando, aut alia actione positiva laedendo, minime eos, qui mediate, & indirecte, quatenus

scilicet offendant, & injuria afficiant ea, quae ad Principem spectant. Hinc studioso Gregor. casum rebellionis expressit non sub his verbis: *Lesae Majestatis in Principem rei*; sed sub aliis: *Lesae Majestatis in personam Principis rei.* Ita Dana p. 6. n. 1. ref. 18. *Tancr. tom. 3. n. 1. lib. 4. disp. 8. n. 42.*

663 Qui num. 42. ait, probabile est, tractantem de eligendo Rege, & expellendo praesentem legitimum, non gaudere immunitate; quia potest proprie dici committere crimen laesae Majestatis directe in personam ipsius Principis; licet enim personam non offendant, alium occidendo, mutilando, & offendi tamen immediate in se ipsa, & solio deiciendo, & sic tuum est, hunc posse immunitate privari. Denique *Tancr. cit. n. 43. Diana p. 1. n. 1. ref. 7. & Com. volent, Reum laesae Majestatis debere esse subditum ratione originis vel domicilii.*

664 Gaudet, qui carcere, tirembium, aut manibus fatellitur, etiam post sententiam, & dum ad mortem ducitur, vi, arte, dolo, aut quovis modo fugit, & ad Ecclesiam, aut Coemeterium confugit, si non sit damnatus ob aliquod delictum exceptum, quia talis casus fuga non est deceptus. Nec ille hodie dicitur servari poena, *ex auct. sed bodie, C. de donat.*

Quod est verum, etiam si iuste detentus in carcere licentiam excedi obmiserit, sub juramento de redeundo, quia fides data privilegium immunitatis non tollit. *Diana par. 6. n. 1. ref. 26. Tancr. cit. numer. 8. contra Silvestrum, ver. Carcer. Fenech. de immunit. numer. 31. Alarum pag. 200. numero 10. & alios.*

665 Gaudet, qui alium occidit per insidias, & appollate, nisi concurrant circumstantiae proditoris, aut assassini: à n. 644. ad 647. & n. 654. ad 756.

666 Dices, illud Exodi 21. 14. si quis per insidiam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo evelles cum, ut moriatur. Idem habetur Deut. 19. 11. igitur.

667 Pro responsione doctissime praemittit *Tancr. cit. à n. 32. Jus divinum, seu legem veterem continere praeccepta triplicis generis, Moralia, Ceremonialia, & Judicialia, ex Deut. 6. Haec sunt praeccepta, & caeremoniae, atque iudicia.*

668 Moralia, sunt praeccepta Decalogi, quae spectant ad legem naturalem, quae proinde remanserunt in lege Evangelica.

669 Ceremonialia, continent ea, quae proxime ad Dei cultum spectant, ut praeccepta sacrificiorum, & modi facificandi, Judi-

cialia, quæ ad regimen Reipublicæ, & iustitiam inter proximos servandam, edita fuerant.

670 De fide autem est, legem veterem per mortem Christi mortuam esse, & cessasse non solum quoad cærimonialia (secundum quæ ulterius est mortifera, cum mortale sit illis Pauli) verum etiam quoad judicialia, ex illo Pauli ad Hebr. 7. *Translatio Sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat.*

671 Relatum verò præceptum Exodi non est morale, quia non est per se malum, & iure nature prohibita, in tali casu extrahere Reum ab Altari; alioquin esset immutabile, & Jus Canonicum non posset non habere pro exceptio: Nec posset Pontifex ad petitionem Regum concedere gratiam immunitatis apollate occidenti.

Constat ex ipso textu; nam Exodi 20. dedit primo locus Deus Moyfi præcepta moralia; ibidem, sed secundo loco, cærimonialia; denique tertio loco, *cap. 21. cir. præcepta judicialia*; unde initium c. 21. est: *Heec sunt iudicia, quæ propones eis*; quorum unum est relatum de iniudice, seu apollate occidente.

Concluditur, dictum præceptum nunc non obligare, ut divinum, & legis veteris, quod est de fide. Nec ex Evangelio, quia in Evangelio Christus solum dedit præcepta positiva fidei, & Sacramentorum, non alia. Nec ex Jure Canonico, quia Jus Canonicum potius illud excludit, *ex n. 661.* Adeoque nullo modo obligare.

672 Vulnerantes, & offendentes Ministros S. Officii, gaudent immunitate, si fid faciunt non in odium fidei, seu ut faveant hæresi, cuius fuit Rei; sed ob aliam causam, puta ad evadendam penam, ratione inimicitie cum ministro, ratione consanguinitatis, aut amicitie cum persona hæretica, vel alterius privati finis; quia talis casus non est hæresis, ac proinde non est à Greg. exceptus, iuxta dicta n. 661.

Quod si comprehendatur, id fecisse in odium fidei, hoc est ob hæresim, cuius fuit Rei; tunc non gaudent, non quidem ob delictum vulnerations; quia vulneratio non est hæresis, ac proinde non est de exceptis; sed ad ipsam hæresim, cuius comprehenditur Rei, quæ est de exceptis.

673 Gaudent negotiationes falliti; quia tales decedentes, licet à S. Pio V. publicis latronibus æquiparentur, quatenus ex pecuniis, & rebus alienis negotiantes, & opprare viventes, tandem decedunt ad Ecclesiam confugiens, creditores omnes fallunt cum maxi-

mo Reipublicæ damno: non tamen præcipue publici latrones: ac proinde non sunt immunitate privandi, quia pœna non sunt extendenda ad delicta similia, max. in causa, ob dicta n. 661.

674 Et universaliter gaudent, qui ad Ecclesiam confugiunt pro debito civili; quia hi non sunt excepti. Diana p. 6. *tr. 1. ref. 17. Tunc cred. cir. q. 1.* qui tamen addunt, quod debitores fraudulenti non debent ad iura Ecclesiam tolerari, sed ab ea sunt ejiciendi. Ita S. Congr. in una Barenfi, 12. Martii 1600. Insuper S. Congr. Episc. decrevit, quod bona ob eis ad Ecclesiam in præjudicium creditorum transportata, sint consignanda Judici seculari, ut ea creditoribus tradant.

675 Eadem ratione gaudent persone, quæ tributa, aut gabellas Principis defraudaverunt, quantum ad delictum defraudationis: sed non gaudent ipsa bona defraudata, sui Principi, fisco, aut gabellario debita.

676 Denique non erit abs re referre, quod advertit Tancr. *cir. n. 81.*

Adverte, non esse negandum, posse casum evanire, in quo videtur jure defensionis naturalis esse licitum, Reum, alias per Greg. gaudentem immunitate, capere in Ecclesia, & punire, si ita bono communi expediret, nec esset alia via evadendi, & non esset recursus ad Pontificem; sed talis casus magna indiget discussione, an talis revera sit: subditi tamen, quando videtur Principes immunitate consentire: & post sic procedere, debent ex tunc magis magna discussione id facere, nec temere eos judicare: v. num. 78p.

677 Insuper, Reos, si dum in Ecclesia morantur, ibi stantes aliquid delictum, etiam non exceptum, v. gr. furtum, aut stuprum committerent, ab Episcopo carcerari posse, & puniri, docet Clericius c. 31. n. 41.

PERSONÆ, QUÆ GAUDENT IMMUNITATE REFUGII,

678 **S**unt omnes Fideles, etiam excommunicati, suspensi, aut ab ingressu Ecclesie interdicti, Diana p. 6. *tr. 1. ref. 26. contra Felinum*; quia (ut rite ait Diana) *Contra interdicti non induci privationem hujus privilegii, nec privari ab ingressu materialis Ecclesie, sed formaliter: videlicet ab ingressu in ordine ad audiendam divinam Officiam.*

679 Item gaudent Infideles omnes, hæretici (licet non ob hæresim: ut in n. 677.) Judæi, Paganis, &c. quia privilegium immunitatis non est concessum intuitu personarum; sed locorum sacrorum, ob reverentiam, & honorem, qui divino cultui debetur: ex quo

ut non possit reus privilegio immunitatis renuciare.

280 Servus, si fugiat à domino ad Ecclesiam, & dominum sit penes dominum; sed est reddendus domino, præstito ab eo juramento, seu cautione de impunitate. *cap. de constitutis 17. q. 4. & cap. Inter alia de immunit. Si vero fugiat à iudice ob aliquid paratum delictum non exceptum, gaudet, ut ceteri liberi.*

681 Clerici gaudent, ita ut non possint per Judicem proprium vi ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus exceptis, *ex Decret. Sacr. Congr. Episc. in una Tropiensi 29. Jan. 1617.* qua declaratum fuit, gaudere immunitate Clericos, qui post delicta parata ad Ecclesiam confugiunt.

Item S. Congr. 17. Augusti 1618. decrevit non posse Clericos ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis, si secus fiat, restituantur. Unde non est amplius tenenda opinio contraria Abbatis. Ita Diana p. 6. *tr. 1. ref. 25. q. 10.*

Denique Pignatelli. *tom. 1. consul. 176. n. 5.* restatutur hic fuisse à S. Congr. decum in una Martineri Immunitatis, die 25. Maji 1665.

Ratio est, quia privilegium immunitatis quoad refugium, ex n. 678. est concessum directè locis sacris, aut religiosis, adeoque suffragatur cultibus in loco sacro, aut religiose extensi, sive Clericus sit, sive laicus. Et alias Clerici pejoris essent conditionis, quam Paganis, & Judæis. Insuper locus sacer injuria afficitur, sive Ecclesiasticus, sive secularis ab illo extrahatur.

682 Religiosi pariter, si delinquant extra aut in proprio Monasterio, gaudent, si confugiunt ad Ecclesiam, tam aliorum, quam proprias, & ad Monasteria aliorum Regularium; non gaudent autem intra propria Monasteria, Diana *part. 10. tract. 14. ref. 28.* Bordon. *resol. 1. nam. 18.* Pelliz. *de Monial. cap. 9. no. 11.* quod quidem docent de Monialibus, & puellis educandis, nimirum, quod gaudent immunitate in propria Ecclesia, non sic intra suum Monasterium. Hinc gaudet Religiosus, si è carcere fugiens, ad propria Ecclesiam, aut ad exteriorum Monasteria confugiat. Idem docet Bordon. *de Religiosis Apostatis.* Idem Dian. *p. 1. tract. 1. ref. 24.*

683 Ratio primi est eadem, quæ de Clericis. Ratio secundi est, nec Religiosorum delicta impunita remaneant; si enim suorum Monasteriorum immunitate gauderent, nunquam possent capi, carceribus mancipari, & puniri, cum Monasterium sit eorum perpetuum domicilium; quod est fundamentum opinionis Abbatis negantis Clericis, & Religiosis immu-

nitatem; quod absurdum viratur immunitatem concedendo intra proprias, & aliorum Ecclesias, atque etiam intra exteriorum Monasteria.

Sic nanque ex una parte servatur immunitas loci sacri quoad Clericos, & Religiosos, & ex alia datur locus Prelatis Regularibus sine violatione immunitatis puniendi subditos delinquentes in proprio Monasterio, in super de uno ad alium archus ad penam luendam transferendi. Eo maxime, quia hoc permittit Canon, *cap. qui peccat 23. q. 4.*

684 Pariter ubique violatione immunitatis potest Episcopus Clericus sibi subditos, in eodem suo Palatio, ad quod adducti, aut sponte accesserunt, atque etiam in eodem loco, qui est eorum domicilium, carcerare, punire, &c.

Quantum autem ad Religiosos Apostatas attendenda est praxis, & consuetudo communis, qua videmus, Superiores eos capere in aliorum Ecclesiam, non minus ac domini ferus fugitivos; nec inde ipsi capti reclamant super immunitate, nec Curia Romana Superiores puniat, *Tancr. tom. 2. tr. 1. lib. 1. q. 2. no. 5.* Diana *in Summa ver. Immun. n. 16.*

Hoc autem pro certo tenendum dico de Religioso fugiente à Superiore, non ut à Iudice ob delictum, sed ut à Patre ob salutarem mortificationem, sive nanque, si ad Ecclesiam exteriorem confugit, est suo Superiori pariter tanquam Patris reddendus, non minus quam miles, qui à suo Duce ad Ecclesiam, non ob delictum, confugit, est reddendus suo Duci, & servus suo domino, juxta dicta n. 680.

EFFECTUS IMMUNITATIS REFUGII

685 **S**unt quinque. Primus. Ut qui ad Ecclesiam confugit, non possit ex ea vi, dolo, aut mala arte extrahi; & sic extractus restitui debeat Ecclesie eisdem, vel alteri. Insuper sic extrahentes teneantur ad omne interesse, & damnum inde allatum.

686 Secundus. Ut reus, dum est in Ecclesia, non possit vinculis constringi, aut alia violentia affligi, *ex cap. Definivit 23. q. 4.*

687 Tertius. Ut dum est in Ecclesia, non possit contra eum ferri sententia mortis, aut alterius pœne corporalis, trirremium, exilii, &c. *cap. Inter alia 6. de Immun.*

688 Quartus. Ut reo exilienti in Ecclesia negari non possit necessarius victus, & vestitus, ut impediatur ne ad illum deferatur, *leg. present. 6. C. de hinc, qui ad Eccles. confug.* quia sic

fic videretur cogi ad exendum. Potest tamen, dum in Ecclesia moratur, à laica potestate custodiri, non fugiat, aut tradatur Ecclesiasticae personae, donec delectetur, an gaudere debeat.

689 Quintus. Ut domi est in Ecclesia, non possit spoliaribus, & bonis suis, quae secum ad Ecclesiam attulit. *Et cir. C. de iur. Nisi talia bona, & res sint alteri obligata, ex numer. 674. & 675.* Potest Minister secularis ab eo arma, & alia à lege prohibita, in Ecclesia auferre. *Alarius n. 14. Pirhing. in comp. lib. 3. tit. 31. sect. 2. §. 3.*

MODUS EXTRAHENDI IN CASIBUS EXCEPTIS

690 **E**st, ut sequitur. Non potest extrahi Reus ab Ecclesia in casibus exceptis à Curia seculari auctoritate propria; sed omnino requiritur licentia expressa Episcopi loci (aut vicinioris, si locus sit nullius Diocesis) quam solus Episcopus, aut eius Vicarius Generalis, dare potest. Insuper pro executione requiritur interventus personae Ecclesiasticae ab Episcopo deputatae. Et ad solum Episcopum, aut eius Vicarium Generalem, spectat cognoscere, an Reus, live laicus sit, five Regularis, gaudeat immunitate Ecclesiae, ad quam confugit. Liqueat ex verbis Bullae: *In nullo ex casibus praedictis (suppletur, exceptis) sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, ab eo auctoritatem habentis, & cum interveniente persona Ecclesiastica, ab eo auctoritatem habentis, ad quos solus, & non alius Episcopus inferretur, & praedictam licentiam dandi facultas pertineat.*

691 Quam licentiam Episcopum dare non potest, nisi prius probato, & confisto, quod de licitum sit de exceptis, & inde Reus non gaudeat, quia Episcopus nedum est Iudex, verum etiam cultus Immunitatis, adeoque tenetur illum defendere.

692 Quo confisto, Reus est configurandus ut supra n. 690. Curia seculari, ita ut non detur appellatio, nec ex parte Rei, nec ex parte fisci, ut liquet ex verbis Bullae Greg. XIV. *Tumque deinde de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiae seculari, quacunque appellatio non postposita, consignatur.*

693 Quod si Episcopus requisitus tunc configurare, aut assistere, culpabiliter, seu iniuste recusaverit, in hoc solum casu poterit Curia secularis curare per suos ministros extrahere in iudicio, quod fieri poterit, cum summissis, & sicut dicitur.

694 Dum causa, an gaudeat, agitur, poterit Reus in Ecclesia existens à Curia seculari per suos ministros extra Ecclesiam vigiles custo-

diti, aut ad carceres Curiae Ecclesiasticae loco custodiae reponi. Haec omnia per suam Bullam Greg. XIV. disponit.

POENA MALE EXTRAHENTIVM,

695 **N**empe vi, aut dolo in casibus non exceptis, vel sine licentia Episcopi, & contra formam Gregor. in casibus exceptis, ultra culpam sacrilegii, est poena restitutionis, ut in n. 685.

696 Insuper est poena excommunicationis maioris latae sententiae, quae ipso facto incurritur, etiam effectus non secuto, sed scienter attemptato; liquet ex verbis Bullae Greg. *atque ante praesens scriptum*: quum incurrunt tam Iudex mandans, quam satellites, aut alii extrahentes. Quae censura licet non fuerit reservata à Greg. vii reservata à Clem. VIII. extra Urbem, & intra Italiam, ut infra de Reservatis.

697 Denique actus omnes iudiciales, & sententiae ipsi talem violentam extractionem contra Reum lata, sunt irrita, & nulla, ut expresse declarat Gregor.

698 Hinc homicidia vi extractus ab Ecclesia à parentibus occisi, si à superveniente Curia seculari capiatur, gaudet, & est restituendus Ecclesiae, *Dian. tr. 7. p. 9. ref. 6. contra Sanfelicium*; quia talis extractio est violenta, adeoque nulla, *ex nu. 685.* & inde praedicta non potest.

699 Pariter, si subdolis verbis, & arte minorum extrahatur, & ex hac iniusta extractione committat delictum, adhuc restitui debet Ecclesiae. *Privitera n. 5. cum Bonac.*

700 Immunitas non solum violatur per violentam extractionem personarum: verum etiam rerum, & bonorum. Ea tamen extrahentes non incurrunt censuras à Greg. latis, quia Bulla loquitur de extrahentibus personas; sunt tamen excommunicandi, nisi restituunt, *cap. sicut antiquitus, 17. q. 4.*

701 Recte autem Fagnanus in lib. 3. *Cod. Ecclesiae de Immunit. n. 103.* advertit, quod, si bonorum abstractio fieret auctoritative per Ministros Curiae, vel de mandato Iudicis, seu Magistratus secularis, tunc tam extrahentes, quam mandantes, licet non incurrerent in censuras Gregor. incidere in rigidiorem censuram, nempe in excommunicationem Bullae Cetera, §. 17. latam contra *Usurpantes jurisdictionem ad Sedem Apostolicam, vel quascunque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum personarum.*

702 Hinc fit, ut extractio bonorum in Ecclesia refugiatorum, in casibus, in quibus alteri debentur, non possit fieri de mandato,

& au-

& auctoritate Iudicis secularis, sed Iudicis Ecclesiastici, & cum interventu personae Ecclesiasticae ad id deputatae, iuxta dicta quum 690.

703 Eadem ratione, si extractio personarum fieret auctoritative per Ministros seculares, ut in *num. 701.* tunc tam extrahentes, quam mandantes, ultra Censuras Gregor. & excommunicationem Clem. VIII. incurrerent excommunicationem Censurae reatae, quod aperte innuit Greg. XIV. in sua Bulla per illa verba: *Declaramus, eum ipso facto censuram, & poenam casum incurvere, quae contra libertatem, iura, & immunitatem Ecclesiarum Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, Nobis, & nostrae praedecessorum Constitutiones sunt promulgatae*: Requirit autem praesumptioem iuxta *num. 696.*

IMMUNITAS REALIS

704 **C**ompetit ipsi bonis, ut in *num. 604.*

Onera sunt triplicis generis. 1. *Mere Realia*, quae ipsi rebus, seu bonis imponuntur sine respectu ad qualitates personarum; & haec durant, quando bona durant. 2. *Mere personalia*, quae personis subditis imponuntur sine respectu ad bona patrimonialia, quae forte nulla habent, ut est exilio capitacionis. 3. *Mixta*, quae personis subditis imponuntur cum respectu ad bona bona, ita ut immediate sint tributa imposita personis, mediante bonis. Ita Pirhing. in *Com. lib. 3. tit. 31. §. 1. v. n. 725.*

705 Bona Ecclesiastica sunt etiam triplicis generis. Primi generis sunt bona consecrata, benedicta, aut ad divinum cultum tanquam eius instrumenta legitime deputata. Huiusmodi sunt Ecclesiae, Coemeteria, vasa sacra, veliculae, &c. Haec esse immunita ab omnibus secularibus oneribus, & tributis, est certum, *ex C. Non minus de Immunit. Eccles.*

706 Secundi generis sunt bona, quae licet consecrata, aut benedicta non sint, &c. ad Ecclesiam tamen spectant. Talia sunt praedia, & alia similia bona Ecclesiae mobilia, aut immobilia. Et haec pariter sunt ab omni reali oneribus immunita, *ex cap. Sanctum 1. de Censibus.*

707 Hoc tamen pactum: Si bona sint data Ecclesiae in fundationem, aut dotem de consensu dominorum, cui erant tributalia, sunt proferuntur immunita ab omnibus oneribus, & tributis laicalibus, tam publicis, & regis, quam privatis, & antea impositis, ex pluribus iuribus apud Fagnanum l. 3. *cap. Non minus de Immunit. n. 8.* ob specialem Ecclesiae favorem, & sancti-

tatem editis, ita ut in hoc casu ob speciales rationes non habeat locum regula illa, *quod res cum suo onere transferatur.*

Et solum praetata bona sunt subiecta oneribus, quae ratione naturali ipsi rebus imponuntur. Et sic ad Ecclesiam spectat suam reparare domum; & pro rata parietem medium domus Ecclesiae, & laici. Item pro rata solvere expensas pro gratificatione puri Ecclesiae, & toti viciniae necessarii. Non tenentur autem ipsa personae Ecclesiasticae ad fordidam munera, nempe ad terram fodendam, ad fossata contruenda, ad calces coquendas, &c. ex pluribus iuribus apud Fagnanum lib. 3. *cap. Non minus, de Immunit. num. 13. v. num. 722.*

708 Si bona Ecclesiae provenerint, non titulo fundacionis, aut dotis, sed aliis causis, vel titulis; tunc ad eam transeunt cum oneribus realibus, veris tamen, & certis, quibus antea erant gravata, & ex vi dominii proprie dicti bonis imposita propter bona. Unde si Ecclesiae proveniat titulum hereditatis, legati, donationis, &c. praedium subiectum subrogacionibus, censibus, legatis solvendis, & aliis perpetuis realibus oneribus, ea solvere tenetur Ecclesia; quia res cum suo onere transit. Et in favorem caesae pie non debet ordo iustitiae inverti, nec alter suo iure privari, *ex cap. Tributum 22. 23. quest. 8. & Sacra Rota in Brundusina Gabelis 13. Februarii 1602.*

709 Postquam autem recensita bona sunt sub dominio Ecclesiae, ad Ecclesiasticorum, non possunt à Magistratu seculari aliis novis oneribus realibus gravari.

Imo addit Pirhing. in *Com. lib. 3. tit. 31. §. 1.* esse etiam exempta ab oneribus prius à Principe impositis, non vi dominii proprie dicti, sed ex potestate jurisdictionis supreme; quia talia onera non sunt mere realia, sed mixta, nempe imposita cum respectu ad personas subiectas; & quia persona Ecclesiastica non est Magistratus seculari subiecta, ita nec ejus bona, quantum per mutationem personae mutatur etiam qualitas, & conditio rei adherentis personae: *v. n. 725.*

710 Nec Princeps statueret potest, ut bona laicalia suorum vassallorum sint ipsi tributaria, ut postquam ad Ecclesiam provenierint, sint subiecta oneribus realibus, seu collectis novis poena imponentibus. Fagnanus *cit. n. 10.*

711 Tertii generis sunt bona, quae spectant ad ipsas particulares personas Ecclesiasticas, live sint bona ex titulo spirituali acquisita, ut reditus beneficiorum, di-

firi-

tributione pro hois, &c. five sint titulo temporali acquiritur, puta ex successione, testamento, donatione, &c. quae bona patrimonialia dicuntur.

712 Praemissa omnia bona sunt immunia ab omnibus secularibus exactionibus, & oneribus modo dicto, ex cit. cap. Non minus, ex cap. Quinquaginta 4. de censibus in 6. Trid. sess. 25. de res. cap. 20. & novissime ex Bulla Urb. VIII. Romanus Pontifex, 5. Junii 1641. ubi molestias omnium Pontifex, & reprobat Pontifex, inter quas damnat Collectas, militum hospitalitates, & alia onera super Ecclesiis, & locis piis, ac personis Ecclesiasticis, eorumque bonis, seu fructibus, per laicos, vel alias quovisunque sine Apostolica auctoritate imposita, & exacta etiam a sponte contrabuntibus: v. n. 805.

713 Immunitas namque Ecclesiastica, tam personarum, quam eorum bonorum, etiam tertii generis, nedum est de iure civili, Canonico, ex citatis, & aliis iuribus; verum etiam de iure divino. Constat Genesii 47. Accipite feminam, & servite agris, ut fruges habere possitis: quantum partem Regi dabitis, &c. ex eo tempore usque in praesentem diem in universa terra Aegypti Regibus quinta pars solvitur, & factum est quasi in legem, absque terra Sacerdotum, quae libera ab hac condicione fuit.

Primo Eldæus 7. Artaxerxes Rex gentis ad favorem Sacerdotum, & Ministrorum Templi Dei Israel, Decretum immunitatis edidit: Verbis quoque (suppleto. Custodibus, & gubernatoribus) notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathineis, & Ministris domus Dei huius, ut vestigal, & tributum, & annonam non habeatis persolvendam imponendi super eos.

Denique ex verbis Christi, Matth. 17. Quid vobis videtur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filiis suis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit Iesus: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte barnum, & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto os eius invenies statorem; illon solvitur, da eis pro me, & te.

714 Deum: Violantes immunitatem Ecclesiasticam realem contra bona secundi, aut primi generis, incident in Excommunicationem Bullae Coenae, §. 17. latam: contra vero bona secundi, aut tertii generis, in excommunicatione Coenae, §. 18. & 15. latam: v. n. 705. ad 711.

IMMUNITATE REALI

715 **G**audet Clerici in Sacris, licet excommunicati, suspensi, interditi irregulariter, aut verbaliter degradati; quia sic

ut per has censuras Clericatum non amittunt, ita ne privilegium immunitatis annexum.

716 Clerici in Minoribus, aut in prima tonsura constituti, certum est, quod gaudent, si habeant conditiones Trid. de 732: De aliis vero, qui eis non habent, quamvis plures regent, probabilius est, quod gaudeant; quia utrite advertit Pirhing lib. 3. tit. 49. §. 7. Tridentinas conditiones requirit pro privilegio fori.

717 Coniugati vero in nostra Ecclesia Latina non gaudent, C. unico de Cler. Conjug. in 6. ut in n. 734.

718 De colonis, & emphyteutis, sic recte dicitur Pirhing, cit.

Ad colonos quod attinet, & emphyteutas Laicos, qui Ecclesiarum agros elocatos

colunt, utrum immunes sint a tributis, & gabellis per Principes seculares impositis; de

emphyteutis quidem dicendum est, qui Ecclesiarum fundos, & praedia in emphyteutim ad

Ecclesia obtinent, quoad ad solvenda onera,

que ratione talium fructuum imponunt, diligenter, ratione cuius onera talia im-

ponunt, totum ad illos pertinet, ac personam emphyteutae subiecta sit iurisdictioni im-

ponentis tributa, consequenter ad hoc obligantur. Inter colonos vero distinguen-

dum est, utrum sint hi scilicet coloni adscripti, qui terrae tali colende in perpetuum

sunt adscripti, ita ut recedere non possint; vel utrum sint coloni partiarum, ita ut certa

pars fructuum ad illos, & certa alia ad Ecclesiam pertineat: prioris casus coloni immunes sunt a solvendis talibus oneribus ex

funds Ecclesiarum, quos colunt, cum omne dominium utile ad Ecclesiam, vel Clericos

pertineat, certa tantum pensione colonis talibus in laboris mercedem soluta: posterioris casus coloni, quoad partem quidem, quae

tota Ecclesiae est, immunes sunt ab oneribus talibus, ne Ecclesia onerati videantur: non

tamen immunes sunt quoad eam partem, quae ipsorum propria est; cum enim persona talis sint laice, laice iurisdictioni sub-

iecte, & totum dominium partem talis ad illas pertineat, ne Ecclesia huiusmodi tribu-

tus gravetur, nec videtur, ex quo capite, aut jure ab oneribus laicalibus videantur immunes.

719 Violantes immunitatem personalem quoad duos priores affectus, incident in excommunicationem Coenae, §. 18. & 15. latam.

720 Tertius affectus est, quod Clerici sint exempti a iurisdictione Judicis secularis in causis tam civilibus, quam criminalibus. Et immunitas sub hoc respectu appellatur privilegium fori, quod est respectu appellatur privilegium Ordinis Ecclesiastici, ex cap. Si dilecti 12. de foro compet. adeoque a persona privata renunciari non potest, ex eodem cap. 2. n. 757.

IMMUNITAS PERSONALIS

719 **E**st, quia Clerici sunt exempti a potestate laicali, ex pluribus iuribus, maxime ex cap. Ecclesiae Sanctae Mariae 10. de Const. & Trident. sess. 25. de reform. cap. 10. v. n. 604. & 714.

720 Haec immunitas tres parit effectus.

721 Primus est, quod Clerici sint exempti a tributo Captationis, videlicet tributo reali, quod imponitur super capite, & sic obligari non possunt ad solvendas exactiones, quae a Principe seculari imponuntur suis subditis. Habetur ex iuribus n. 716. relatis.

722 Secundus, quod Clerici sint exempti ab onere munerum personalium, ex cap. Ecclesiarum 68. 12. q. 2. Munera personarum alia sunt fordida, ut mundare elocant, &c. Ad haec non possunt obligari, nec acceptare debent, cum sint indecentia statui. Alia sunt honorifica, ut regere Urbem; aut indifferencia, ut munus tutoris, &c. & haec acceptare possunt, si velint; aut non possunt cogi, ut acceptent.

723 Et sic obligari non possunt ad fodendam terram, &c. Ad pugnandum personaliter contra hostes. Ad murorum custodiam (nisi magna necessitas defendendi Urbem contra hostes infideles urgeret, ex cap. Pervenit 2. de Innocent.) Nec obligari possunt ad hospitandos milites in suis domibus, etiam patrimonialibus. Pirhing in Com. lib. 3. titul. 49. §. 5. v. n. 712.

724 Possunt tamen in se suscipere munera civilia, honesta, & pia, puta tutelae, aut curatelas consanguineorum, vel miserabilium personarum. Et tunc sicut laici ratione administrationis Ecclesiasticae debent rationes sui officii reddere coram Iudice Ecclesiastico; ita Clericus ratione sui officii temporalis, quod nomine laici gerit, potest nomine illius conveniri, puta curator nomine minoris, &c. et coram Iudice seculari responderi. Pirhing in comp. lib. 2. tit. 2. de foro compet.

725 Violantes immunitatem personalem quoad duos priores affectus, incident in excommunicationem Coenae, §. 18. & 15. latam.

726 Tertius affectus est, quod Clerici sint exempti a iurisdictione Judicis secularis in causis tam civilibus, quam criminalibus. Et immunitas sub hoc respectu appellatur privilegium fori, quod est respectu appellatur privilegium Ordinis Ecclesiastici, ex cap. Si dilecti 12. de foro compet. adeoque a persona privata renunciari non potest, ex eodem cap. 2. n. 757.

727 Violantes immunitatem personalem quoad hunc tertium effectum, incident in excommunicationem Coenae, §. 15. latam.

728 Hoc tamen est intelligendum, quando Clericus est reus; tunc, inquam, non nisi coram Iudice Ecclesiastico potest suam causam dicere.

729 Si autem sit Actor contra laicum in causa pure temporali, tunc adire debet aequale tribunal; ex regula illa: Actor sequi debet forum Rei, C. Si Clericus 5. & cap. cum sit generale, 8. de foro compet.

730 Quod fit tam Clericus, quam laicus sint simul rei, tunc, si causa est separabilis, quilibet est in suo foro conveniendus, Clericus in Ecclesiastico, laicus in seculari, quia in causa separabilis focus delicti non gaudet privilegio sui loci, l. Si quis, 57. §. 1. ff. de iuris. Si vero causa sit inseparabilis, tunc uterque est coram Iudice Ecclesiastico conveniendus; quia minus dignus potest trahi debet a magis digno, quam est conventus. Ita Phoebus lib. 2. tit. 11. de Immunit. n. 18.

PRIVILEGIO FORI GAUDENT

731 **C**lerici Sacris Ordinibus insigniti, non gaudent. Clericus prima tonsura initiatus, aut etiam in Minoribus constitutus: Nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonsuram deservens alicui Ecclesiae est mandato Episcopi inferiori, vel in Seminario Clericum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendus vestitur. Ita Conc. Trid. sess. 23. de ref. c. 6.

732 Super quo Concilii Decreto duo sunt advertenda. Primum, quod Clericus in minoribus carens habitu Clericali, & tonsura temporale delicti, non capitur, gaudet privilegio fori & alias solutus erat deferre. Diana p. 4. tract. 2. resol. 18. & part. 1. tract. 2. resol. 32. Ex Decl. S. Congr. apud Bonac. de legibus dis. 10. qu. 2. punct. 1. §. 4. nu. 14. Quia non praesumitur dimisisse habitum animo deferendi, sed commodus delictum parandi.

Secundum, Privilegio fori gaudere Clericum in minoribus; incidentem in habitum, & tonsuram, qui in Synodo dioecessana obedientiam praestitit Ordinatio, & per paucas vices in Choro interluit, & Processionibus, attentis circumstantiis, quamvis illi non Ecclesiae de mandato Episcopi non habet, vel beneficium Ecclesiasticum non habet. Ita Diana part. 4. tract. 1. resol. 18. Ex Decl. Sac. Congregat. Conc. 28. Martii 1728.

734 Clericus in minoribus conjugatis est plus restricta immunitas. Solum nanque sunt exempti a Iudice seculari quoad causas criminales, five criminaliter, five civiliter agitates; idque si non nisi cum unicus, & virginibus contraxerint, *cap. Cleric. 1. de Cler. Coniugatis.* & insuper, *Modo hi Clerici alicuius Ecclesie servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, idem Ecclesie serviant, vel ministerent, & clericali habitus, & tonsura utantur, Trid. cit.* Quantum autem ad relictas, etiam premissis servatis conditionibus, in immunitate personali, & reali non gaudent; unde non sunt exempti a potestate seculari quoad causas civiles, nec ab onere solvendi tributum, sed quoad hos effectus tanquam laici reputantur.

735 Sunt etiam plures casus, in quibus Clericus constitutus in Sacris ex iure Canonico non gaudet immunitate exemptionis, a potestate fori secularis, & ab onere solvendi tributa.

Et primo Clericus negotiator, si tertio moriens non respiciat, sed pratermissis divinis officiis, ad negotiationes incumbat, privatus namque exemptionis a tributis, & tanquam laicus in hac parte relate ad res per negotiationes acquiras est reputandus, *cap. fin. de vita, & honest. Cler. Vide de Contract. ver. Negotiativo.*

736 Secundo. Clericus Feudatarius in causa feudali, five de proprietate agatur, five de eius possessione, conveniri debet coram domino feudali, etiam si ille sit laicus, *c. Verum 7. & cap. Ex transmissa 6. de foro Compet.*

737 Tertio. Si Clericus aliquod ex iis delictis committat, quibus ab iure Canonico est statuta privatio immunitatis a foro seculari. Tale est (ait Phaebeus) *si Clericus, nec in modo tonsure, nec in vestimento forma, nec in qualitate negotiorum de Clericis quavisquam offendat, & tertio moriens ab Episcopo commendationem contempnat, ex cap. Coniugis 45. de sentent. excom. Item, si Clericus jocularium autem per annum exercuerit, ipse iure. Si autem tempore breviori, & tertio moriens non respiciat, privatus omni privilegio Clericali, ex cap. sanc. de vita & honest. Cler. in 6. & Clement. 1. de vita, & honest. Cler. c. cum non ab homine 10. de iudicis.*

738 Clericus quamvis nunquam propria auctoritate capi, aut incarcerationi possit a Ministro laico, potest tamen auctoritate, & nomine Ecclesie, semper ex commissione expectata, & aliquando ex prassumpta, & tacita via Superioris Ecclesiastici; tales nanque possunt contingere casus, ut prouident Minister laicus, & rationabiliter prassumatur commissione Superioris Ecclesiastici; & tunc

talis captio, & carceratio, five custodia, est licita, quia non est secularis, sed Ecclesiastica, cum sit facta auctoritate, & nomine Ecclesie.

Hoc pacto Minister laicus Clericum capere potest. Primo, post delictum commissum, ad effectum eum presentandi suo Superiori. Quatuor autem requiruntur conditiones. 1. Quod delictum sit notorium. 2. Quod Clericus sit suspectus de fuga. 3. Quod Superior Ecclesiasticus consili non possit, ut ab eo accipitur capiendi mandatum; quibus seclusis, conditionibus, captura est illicita, utpote nomine laici facta, quia tunc Superior non censetur consentire. 4. Ut statum ad suum Superiorem ducatur, si fieri potest; aut quamprimum fieri potest. Non potest laicus in suis carceribus ultra viginti quatuor horas, immo nec breviori tempore Clericum detinere, si possit statim aut prius illum ad suum Superiorem remittere.

740 Secundo. Si Clericus fuisse a Iudice laico, immo a privato repertus in fragranti crimine. Quia tunc censetur culpebit data potestas, *ex l. Raptores. C. de Episcop. & Cleric.* Debent tamen allata conditiones concurrere.

741 Tertio. Si Clericus sit debitor, & solvere potens, non velit. Semper tamen debent premissae conditiones concurrere; quia tunc talis captio, aut detentio, non est actus jurisdictionis, sed iustitiae defensionis, quae etiam a quolibet privato potest praestari.

742 Quarto. Si delictum sit in fieri contra tertiam personam, & praedictae conditiones concurrant; quia culpebit, nedum Iudici, sed etiam privato, competit jus, & onus iustitiae, aut Chaaritatis innocenti defendendi, & iniuriam propulsendi.

743 Quinto. Quoties Clericus potest impune occidi, aut verberari; quia tunc captio est ei minus malum. *Capit. par. 2. tit. 11. disp. un. puncti 6. ex 63. de sen. excom.*

744 Sexto. Clericus, si die, aut nocte reperitur a ministris secularibus sine tonsura, & habitu, cum armis prohibitis, aut delictum petraratus; quamvis cognoscatur a Ministris quod sit Clericus, potest capi, aut detineri, praemissis concurrentibus conditionibus. Semper tamen attendendo *distin. 4. 732. & 733.*

Quod si Ministri laici non dignoscant personam sic deprehensam esse Clericum, & si eum eius de statu Clericali, sit ipse suspectum, ad de fallitate, & sine declamandi forum, ad fugiendum; tunc quamvis ab eodem detineatur captus, & custoditus, debent tamen

statum

statim ad Superiorem, seu Iudicem Ecclesiasticum, pro recognitione recurrere, quia ad quos spectat cognitio, *ut n. 766.* an cantus sit Clericus, necne? Et etiam, an sit fraudulenter in alimento, ad reassumendo statu Clericali. Et veritate de statu Clericali compta, est statim suo Superiori Ecclesiastico remittendus.

745 Insuper privilegio fori gaudent Monachi, & regulares utriusque sexus, laici, Conuersi, & Oblati, seu Tertiarium sub Religioforum recto videntes.

746 Religiosi Equitum Militarium S. Joannis gaudent, quia sunt veri Religiosi, ut dicemus de voto.

Pro Religiosis Ordinum Militarium S. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, Montefrae, S. Stephani, & S. Lazari, attendenda esse Religiones, ut infra de Voto, *ver. De praes. commutationis.* De equitibus aurei velleris, Sancti Michaelis, Annuntiationis, De la banda, & aliorum Ordinum Militarium, certum est, quod non gaudent; quia nec sunt Ordines approbati a Pontifice, nec vere Religiones.

747 Item gaudent Eremitae, qui tria substantialia vota emiserunt, vel si haec non emiserunt, vivunt in communitate in Congregatione aliqua, auctoritate Episcopi approbata. Vel si solitarii vivant, deserunt habitum, & tonsuram, & ab Episcopo ad servitium alicuius Ecclesiae sunt deputati.

748 Item Tertiarum D. Francisci in suis domiciliis viventes, etiam si sint viduae, quae tamen Tertiarium Regulam servant, & vitam castitatem ducunt, ex voto Castitatis de Ordinarum licentia emisso. *Ex Const. 22. Dum intra, edita in Conc. Later. sess. 21. a Leone X. l. Martii 518. §. 21.*

749 Item uxor Clerici, Diana p. 3. *traff. 1. ref. 45. & p. 4. traff. 1. ref. 41.* contra Bonac. quia uxor sequitur forum mariti, *l. fin. C. de Incol.* etiam post mortem mariti, viduitate durante. Frit legitimi Clericorum, etiam ante Clericum suscepti. *Sacr. Congr. 18 Martii 1631. Servi, & mancipia Clericorum: v. n. 733.*

750 Item laici familiares Episcoporum, qui habere possunt familiam armatam ad capiendum, carcerandum, ad terminandum iudicium sine recurfu ab brachium laicale, & ad pacis corporis insidias extra sanguinem infligendum. Insuper Officiales, & Ministri Curiae Episcopae.

751 Laici familiares, & pariter Officiales, & Ministri Curiae Inquisitorum, qui pariter

habere possunt familiam armatam, imo punire impedites de latrone armorum, tanquam perturbatores Officii S. Inquisitionis, *v. num. 613.*

752 Diana p. 4. *tr. 8. ref. 55.* & in Summa *ver. Inquisitorum jurisdictione, n. 26.* habet, ut sequitur.

« In causis criminalibus suorum familiarium Inquisitores Hispaniae habent jurisdictionem, exceptis certis criminibus, de quibus Joannes de Hevia, Curia Philipp. p. 3. §. 1. *num. 19. & alii.* In causis civilibus Ferdinandus de Castro *tom. 1. tr. 4. diff. 8. pun. 12. §. 2. num. 9.* tenet, habere jurisdictionem solum respectu Officialium, qui sunt a secretis, non autem respectu aliorum excom. tenorem. Sed haec opinio non placet quoad ad Regnum Valentiae, & Siciliae, ubi (ait *Rojas p. 2. num. 422.* ex concordia inter Regiam Majestatem, & Inquisitionem, Inquisitores cognoscunt in causis civilibus omnium familiarium. Quod etiam, ait Paramus de *orig. Inquisit. l. 3. §. 6. n. 27.* ex iure municipalium Regni Siciliae, ex iure Pontificis decisionibus, privilegiis, & consuetudinibus immemorabili. Narbona *recompil. l. 4. tit. 1. leg. 20. glossa n. 14. & glossa n. 2.* testatur, ut servatur etiam in Catalonia, & in Regno Aragoniae, & Majoriticae. Et ex Paramo observat, quod in hoc Regno Siciliae non solum Familiars, sed etiam corum uxores adhuc viduae, quandiu viduae fuerint, gaudent privilegio fori, *p. 4. tr. 8. ref. 55.*

753 Insuper gaudent Hospitalarii, dummodo inserviant hospitali auctoritate Episcopae erecto, *Dian. p. 3. tr. 1. ref. 56. contra Abbatem.*

Verum tamen est, circa plura haec tenus a §. 746. dicta, attendendam esse consuetudinem, ut advertit Pirhing, *in Com. tit. 2. de foro com. §. 3. in fine.*

Denique dicta omnia de Immunitate Ecclesiastica, tam relictis, quam personali, sunt servata proportione intelligenda etiam de Religiosis utriusque sexus, de Novitiis, & laicis Religionum, quia omnes ea gaudent.

QUAERESI.

754 An laicus factus Clericus iudicari, & pariter possit pro obligatis constrahitur, aut delictis commissis ante Clericum.

Plura ad huc Fagnan. *1. lib. Decr. C. Magnus de Obligat. ad varioc. S. ab eum i. resolutionem d. fuma ex mente S. Congr. Conc. apud ipsum d. n. 64.*

Di.

Dicitur ergo laicus, si Clericatum, videlicet primam tonsuram, assumpti abique ulla fraude, in quantum non fuit apud Judicem laicum accusatus, nec ab eo citatus, & prævencus, pro certo gaudet privilegio fori, ita ut non possit factus Clericus a Judice seculari judicari, aut puniri; quia privilegium superveniens eximit a jurisdictione primi Judicis. Et privilegium est a jure Canonico concessum statui Clericali absolute, abique ulla restrictione ad delicta poenitentiae, aut ante illum commissa: v. n. 750.

Si Clericatum assumptum cum fraude, fraude consistente in hoc, quod assumptum non animo retinendi, sed forum seculare declinandum, & poenitentiam deferendi, non gaudet foro, & sic potest a Judice seculari judicari, & puniri, juxta dicta a m. 758. & n. 732. Quia fraudem committentes Beneficio legis sunt indigni, Cap. panala. de Collat. regen. Et in omni dispositione fraus semper intelligitur excepta, l. Imperialen. §. 1. de Prohib. feud. alienan. v. n. 758.

755 Si Clericatum assumptum cum fraude, fraude consistente in hoc, quod supposita prævencione apud Judicem secularem, in quantum fuit accusatus, citatus, &c. statum Clericalem assumptum, animo forum seculare declinandi, sed in statu perseverandi; tunc gaudet privilegio fori quoad personam, ita ut non possit a Judice seculari corporaliter puniri, personaliter adstringi, aut carcerari; quia haec non est fraus propria doli, ut constat ex n. 760. Et hoc maxime, si post dictam prævencionem, antequam finiretur causa, fuerit ordinatus Sacerdos, aut in sacris, ex cit. n. 760. Non gaudet autem privilegio fori quoad bona, sed quoad bona subest jurisdictioni Judicis secularis, & quo potest puniri poena pecuniaria, & confiscatione bonorum, supposita causa prævencione, uti supra; cetera aut non supposita. Ex mente S. Cong. c. n. cit. n. 754.

Non potest autem Judex secularis, qui prævencit, contra recentem Clerici bona procedere, nisi prius per Judicem Ecclesiasticum fuerit cognita prævencio, & declaratum, ac pronuntiatum fuerit, eum Clericatum assumptum in fraudem Curiae secularis: ut in hoc n. 755. juxta dicta n. 766.

Fagnanus cit. n. 77. docet, eodem modo esse discurrendum de laico post delicta, aut debita factio proleso, cum hoc solo differim, quod delensio causae spectat ad Monasterium.

QUERES II.

756 Clericus in Minoribus constitutus habitum dimisit, amplius non vestimentum, sine delicta commisit. An possit habitum reuocari, et privilegio fori gaudere?

Resp. polse, & gaudere, Casp. tal. p. 2. dist. 1. v. n. 12. punct. 3. Quia privilegium fori absolute, & abique exceptione a Trid. conceditur constitutis in minoribus Beneficium habitibus, vel tonsuram & habitum gelantibus, si alicuius Ecclesiae inerviant de mandato Episcopi, ut in n. 732. Et quavis delicta tempore dimissionis habitus uti supra commissa, fuerint tunc jurisdictionis laicalis, nunc sunt Ecclesiasticae, sicut est persona. Tum quia in tantum tunc delicta commissa, erant jurisdictionis laicalis, quia delicta commissa a Trid. requisita pro gaudio fori; unde per locum ab opposto, ea apponita privilegium reuocavit.

757 Dices, dimissionem illam habitus esse quandam privilegii reuocationem.

Resp. Casp. cit. quod privilegium statui Clericali competens, nemini licet renouare, ex cap. si diligenti, de for. comp. Et refert ex Barbosa calum de Clerico, qui volens nubere, Beneficium, & Clericatum renouavit; at quia postea voluntate mutata habitum reuocavit, & aliud Beneficium obtinuit, dubitatum fuit, an gauderet privilegio fori. Et Sac. Cong. 11. Junii 1587. respondit, gaudere; quia privilegium Clericali renouare non potest. Hinc Clericus privilegio fori gaudet, si seruet conditiones a jure Canonico pro gaudio requisitas: v. n. 722.

QUERES III.

758 Quid dicendum, si recentius Clericus Minoribus initiatus, fuit captus, aut citatus a Judice seculari tempore dimissionis habitus, & habitum non ante, sed post capturam, aut citationem reuocavit?

Respondet Casp. tal. cit. n. m. 3. ut sequitur:

Respondet, privilegio cavere debere; quia illa habitus reuocatio videtur facta in fraudem jurisdictionis secularis, ac proinde non debet prodesse: sic tenet Farina. d. q. 8. num. 66. & 110. Barbosa 2. p. alleg. 12. nu. 29. & in remiss. Concilii decreto 6. sess. 23. de reformat. circa finem: Quia generaliter quocumque assumptio clericatus, Beneficii, habitus, & tonsurae fit in fraudem jurisdictionis secularis, cessat civile privilegium, quia fraus, & doli committitur. Ita docentur, Alia immunitas Ecclesiastica fomentum esset delictorum; sic Gutier. pract. quest. lib. 1. quest. 5. Menochi de praesumpt. lib. 6. q. 76. num. 25. Jusulius Clarus l. 5. §. fin. quest. 26. nu. 43. Farinae q. n. 8.

9. 8. n. 66. & 104. Barbosa in remissione Concilii circa finem, decreto 6. sess. 23. Zenedo ad decr. coll. 24. n. 1. & alii.

759 Qui adit, fraudem praesumi, & consistere in eo, quod Clericalem habitum, vel Ordinem assumat, ut modicum tantum ad vitandam jurisdictionem laicalem, non ex animo perseverandi in illo. Quod potest contingere in assumptione minorum Ordinum post delictum, vel in assumptione habitus Clericali dimissi; praesumitur enim de velle illis Ordinibus, & habitui Clericali sui, non in persequum, sed ad tempus, & quatenus necessarium medium fuerit ad vitandam laicalem jurisdictionem; quae intentio mala est, & fraudulenta, ac proinde digna privatione Clericali privilegii: v. n. 733.

760 Rite autem subdit, quod si talis Clericus ad declinandum forum seculare Ordinem sacrum suscipiat, gaudet. Quia non est fraus, licet sit susceptum intentione eum declinandi; nam utitur jure suo, assumendo medium ab Ecclesia in lititum, cui competit privilegium fori; quia ratione fraus non est, si post delictum ad Ecclesiam confugias, et doli esset, si assumere retitit Ordo, non animo perseverandi in illo, sed relinquendi: quod non potest praesumi in Ordine sacro, cum hic liget votis: v. n. 754.

761 Item Clericus, qui tempore Clericatus, aut Novitatus, qui tempore Novitatus delictum commisit, gaudet privilegio fori, ita ut pro eo non possit a Judice seculari puniri. Gamm. dec. 10. n. 3. Bonac. Praec. Dec. dist. 10. p. 1. §. 2. n. 5.

QUERES IV.

762 Quid agendum in dubio, an gaudere debeat?

Dubium potest esse duplex; juris, aut facti. Juris est, si supposita veritate facti dubitatur. An personae suffragetur jus privilegii. Facti, si dubitetur de facto, videlicet, An persona sit Clericus. Et si Clericus. An habeat conditiones requisitas pro gaudio. Hoc praemissis.

763 Respondet cum distinctione. Vel delinquens fuit captus in habitu, & tonsura Clericali. Et tunc remittendus est Judici Ecclesiastico, ex cap. si iudex laicus, de sent. excom. in 6. Quia delatio habitus, & tonsurae longo tempore, licet non probet Clericatum, est tamen grave indicium, & efficax conjectura, dum contrarium non probatur; unde facit stare pro qua si possessione Clericatus, & transfert onus probandi in adversarium; quia possessio statim pro Ecclesia. Ita Casp. tal. At Covar. & Salzedo apud ipsum reuocant, receptam consuetudinem

Examen Ecclesiast.

Hispaniae esse, non remitti reum Judici Ecclesiastico, donec sententia definitiva de Clericato pronuntiata.

764 Vel delinquens fuit captus abique tonsura, & habitu. Et tunc non tenetur Judex laicus illum remittere Judici Ecclesiastico, nisi, & donec pro certo constat, & fuerit plene probatum, eum esse Clericum, & qualitates a Jure Canonico pro gaudio requisitas habere; quia Judex laicus tunc & converso pro captum, adeoque possessionem delinquentis acquirunt, adeoque possessio fiat pro Jure laico, & transfert onus probandi in ipsum delinquentem; quia possessio (polari non potest, nisi dubium vincatur.

765 Clericus probatur. 1. Per scripturam, nempe per litteras testimoniales Ordinationis, aut per litteras commendatitias Ordinarii testantes de Clericato. 2. Per duos testes omni exceptione majores. Non sufficit unus, nisi sit administratus; quia hic agitur de praedictio terminii, nempe fori secularis; idque colligitur ex c. Tua, de Cler. praegim. ubi habetur, Clericatum probari per scripturam, vel per testes: & non dicitur per testes. Unus autem testis (ut notat Casp. tal.) solum sufficit, quando de nullius praedictio agitur, ut cum petitur licentia ad celebrationem, & praedictum, &c. 3. Per probationem rituali, v. g. si probetur possidere Beneficium a Abbati, &c. 4. Per famam publicam.

766 Cognatio autem hujus causae, An delinquens gaudet privilegio Clericatus, certum est, quod spectat ad Judicem Ecclesiasticum, si dubium sit juris; quia decidere controversias Juris Canonici, est quid spirituale, & ad Judicem Ecclesiasticum spectat decidere causas spirituales, ex cap. Quanto, cap. Decernimus, de Judicis, cap. Tuam, de ordin. cognit.

767 Idem dico, si dubium sit facti, quia est de facto spirituali; Casp. tal. punct. 4. m. 7. contra Clarum, & alios, quibus non videtur cognitio rei spiritualis, sed temporalis. Illis adhaerent Scaccia, & Farin. apud Casp. tal. cit. dicentes: Judicem saecularem cognoscere posse de Clericatu delinquentis, non ad effectum declarandi illum gaudere, vel non gaudere privilegio fori, sed ad effectum contentendi illum Judici Ecclesiastico, si facta summaria informatione cognoverit Clericum esse.

CASUS FIGURATUR.

768 Vir perditus e regione longinqua acceblit seditionem altitatus: hinc delictum rebellionis patravit, attentando varnis artibus & fraudibus seducere cives, ut legitimo excluso Principe, a iudicio proclamarent. Fuit a Curia seculari captus, & carceri-

ceribus mancipatus rebellis, qui dixit Ministris de esse Clericum; ipse tamen sine tonsura, & sine habitu Clericali incedebat, & sic fuit innotuit, & captus. Non sunt ab eo allata, nec illius domi reperta litterae testimoniales Ordinationis, nec commendatitia testantes de Clericatu. Non sunt testes, qui eum cognoscant; nec fama publica, qualem dicat. Solum sunt reperta domi vestis parva, & collare, quod solent gessere Clerici, & insuper litterae sub altero nomine ab eo, quo dicit se vocari, quo tamen videntur ad ipsum directae, quibus datur et spes Beneficium obtinendi. Delictum est certum, & supponitur tale, ut sit morte dignum. Diligentia de Clericatu ob loci distantiam est difficilis, non tuta, exposita fraudibus, & periculis. Punio quibusdam circumstantiis existens imminet ad aliorum exemplum, ut qui male sentiant, se coercant, & zizania non crecent. His (ut figuratur) suppositis;

QUERES V.

769 An Curia secularis possit promissum Reum in suis carceribus detinere. Juridice contra eum procedere. Et deinde punire?

770 Certum est. quod si Reus diceret, aut constaret, non possidere Beneficium, vel alicui Ecclesiae non deservire cum habitu de mandato Episcopi, immunitate non gaderet, ut constat ex Conc. Trid. n. 732. relato, & n. 733.

771 Certum est. posse licite Curiam secularem Reum in suis carceribus detinere, juxta dicta n. 764.

772 Certum est. quod (seclaus circumstantiis suppositis, & figuratis, maxime de diligentia, & probatione difficili, ac moraliter impossibili) teneatur Curia Secularis assignare Reo tempus competens ad probandum. Vel Curia ipsa (opportunitate interrogationibus praemissis de Patria, & Ordinario proprio domicili, & Ordinationis) diligentia adhibere in partibus ad litteras testimoniales authenticas a suo Ordinario obtinendas, super ordinatione, titulo Beneficii, etc. & super qualitate ad Trid. requisitis pro gaudio fori, ut in n. 732. & 733.

773 Quod si praedictae litterae, & probationes accederent, eorum cognitio facienda esset ab Ordinario loco, ubi carceratus exiit, juxta dicta n. 766. Quia Reus est. et factus subditus ratione delicti, ut in tom. 2. n. 207. Vide n. 788.

774 Suppositis circumstantiis expostis, & diligentia ad probandum difficulti, ac moraliter impossibili,

Dico, Judicem secularem licite posse con-

tra ream juridice procedere, informationes capiendo, interrogando, & alia de jure praestanda peragendo, ac tandem poena, qua dignus est, puniendo.

775 Ratio est; quia Judex secularis pro captivitate, ac detentione delicti delinquentis, & per defectum probationum in constans, habet jus certum in delinquentem, est enim in ejus possessione; & jus certum habet (super delicto certo enormi, imo enormissimo, cujusmodi est, post haerem, delictum rebellionis in Principem, aut perduellionis in Patiam; delictum quippe viscosum, & quod serpere solet ut cancer.

776 Dubium de Clericatu, & gaudio fori, est leve, imo levissimum aut nullum; quia solum pendet ex dicto Rei, qui illud non probat. Collare, & vestis parva insufficientem aut non nisi levem conjecturam praebent, quia sunt indifferentia, & aequivoce solent etiam vestes longe deferri a laicis, maxime a medicis, praesertim in pluribus Italiae Provinciis, quique vulgo Abbates vocant solent, non quia vere tales sint, sed ob metam Vestem longam.

777 Adde, indicia efficacia, & praesumptiones vehementes stare contra Reum, ejusque dictum. Et primo. Ex repetitis litteris compertus est fraudulentus, & mendax in fisione nominis, qui autem in uno falso deprehenditur, in omnibus ut falsus habendus est. Mihi in praes. crim. ver. Testes ex caus. 22. q. 5. Can. Parvuli, 14. & pluribus iuribus. Adeoque cum fuerit repetus sine tonsura, & habitu, immixtus enormibus, praesumendum est, collare, & vestem parvam domi detinuisse ad qualitatem personae pro delictorum & circumstantiarum opportunitate fingendam, aut variandam: ejusque dictum esse dolosum, & fraudulentum, ad forum seculare, in cujus reperit manus, detinendum; nam ex Regula 8. Juris in 6. Semel malus, semper praesumitur malus.

778 Secundo. Cum in litteris, quae praesumuntur ad ipsum directae, datur et spes Beneficium obtinendi, rite praesumitur eum Beneficium non possidere, adeoque habetur praesumptio contra titulum ad Trid. sess. 21. de ref. cap. 2. pro Clericatu requiritum, ut in tom. 3. num. 48. Insuper, cum constat, eum minime per paucos dies, sed plus temporis, quo in loco delicti commoratus est, nulli Ecclesiae de mandato Episcopi interservisse, ac si sine tonsura, & habitu incesse, delictum molientem rebellionis, acse seditionis, quod ex sui natura longum tempus expicit, vehementer praesumitur non habere qualitates in Clerico a Concilio Tridentino re-

re-

requisitas pro gaudio fori, ut in num. 732.

779 Hinc breviter sic rationem restringo. Nemo spoliari potest jure, quod, certo possidet, pro superveniens dubium, maxime per dubium leve, quod moraliter vinci non potest ex dictis a n. 40. Judex secularis certo possidet jus contra expostum delinquentem, & super delicto enormissimo certo; Jus vero delinquentis de gaudio fori est dubium, dubio leve, imo levissimo, quod (ut supponitur) moraliter vinci non potest. Igitur non potest Judex secularis jure, quod certo possidet in delinquentem, spoliari per superveniens dubium jam recensitum. Et consequenter potest contra eum juridice procedere, & de jure punire ut in n. 774. Recole dicta in qu. seq.

780 Denique pro hujusmodi calibus irremediabilibus & extraordinariis recurrit, proportione servata doctrina Patris Tancredi relatam n. 663. & 676. & Caltrop. n. 789.

QUERES VI.

781 Quando, & quomodo Clericus traditur potestati Curiae secularis?

R. Elpondo, tunc tradi posse, quando se immiserit enormibus, cap. Contingit, & cap. Pependimus, de sent. Excom. Caltrop. p. 2. dist. n. r. n. 774. punct. 6.

782 Enorme dicitur delictum illud, quod in malitia, & facilitate supra modum exuberat, ac excedit. Quod praedictae probi viri dignoscendum remittitur. Enormia, seu immania, sunt primo loco Haeresis, quae est Rebellio contra Majestatem supremi regum Regis. Inde Rebellio, & crimen Laesae Majestatis in Principem. Perduellio, falsificatio Monetae, Larcocinium, Homicidium, Adultrium, Raptus, & similia, quae numerantur, & explicantur in tom. 2. n. 62 ad 65.

783 Spectato autem jure communi, ob nullum crimen quantumvis enorme Clericus est Curiae seculari tradendus, nisi fuerit incorrigibilis. Caltrop. cit. numer. 4. ex cap. Canon ab homine, cap. Clerici, de Excessibus Praetorum in 6. cap. Felicis, de poenis, in 6. cap. tunc de poenis, ubi Pontifex injungit Praetatis Ecclesiasticis, Clericos in enormissimis sceleribus. 1. Sodomiae. 2. Occisionis Cardinalis. 3. Larcocinii, & similibus deprehensos, punire. 1. depositione, & destructione in Monasterium. 2. jta ut vita sit illis mors, puram immutationem, perpetua reclusionem in ergastulo. 3. degradationem a suis Ordinibus, & destructionem in arcta Monasteria. Non injungit autem, ut Curiae seculari tradantur, adeoque aperte colligitur, ad tradendum Clericum

Curiae seculari, ex jure communi requiri reputationem delictorum, & incorrigibilitatem.

784 Incorrigibilis dicitur Clericus ex jure communi, si ter monitus. 1. sub depositione. 2. sub excommunicatione. 3. sub anathemate, Ex cap. canon non ab homine de Judiciis; ex consuetudine vero, si ter monitus sub excommunicatione, adhuc contumax perseveret.

785 Ab hoc autem requisito incorrigibilitatis, & trinae monitionis, excipitur primo Allasium, ex c. 1. de homicidio in 6. Debet vero prius constare de delicto, & talis a Judice Ecclesiastico declarari. Et tunc eo ipso, quo Clericus per declarationem authenticam fuerit a Judice Ecclesiastico declaratus allasium, statim jurisdictionis est secularis, & ab ea juridice puniendus.

786 Secundo. Excipitur Haereticus, & hoc pacto, quod ad hoc ut pro crimine haereticus Clericus Curiae seculari tradatur, non requiritur incorrigibilitas modo recensita, quae triplicem monitionem supponit, ut in n. 784. & quavis pro aliis delictis expostitur, se dequiratur, & supplicia Reclapula, nempe haereticus septima post sententiam, ex cap. ad abolendam, de Haereticis, cap. Super eo, de Accusatione, de Haereticis in 6. Tunc, namque a jure incorrigibilis judicatur. Et tunc, ut pro haereticis Curiae seculari tradatur, adhuc requiritur incorrigibilitas, quae unicam monitionem authenticam per sententiam supponit.

787 Tertio. Excipitur casus, quo Clericus sine habitu & tonsura enormibus se immiscet; Canonem enim, qui incorrigibilitatem, & trinae monitionem expostit, loquuntur de Clerico, qui cum habitu & tonsura enormibus se immiscet, qui privilegium Clericale non amittit, ex cap. 1. de Apostata C. ex parte 2. de Privilegiis, & C. Contingit de sent. excom. Unde qui sine habitu & tonsura enormibus se immiscet, potest Curiae seculari traditur, absque eo quod praecedat trina monitio, quia eo ipso privilegium Clericale amittit, maxime ex jure novo Conc. Trid. Caltrop. cit. n. 5. Diana par. 1. r. 2. ref. 33. n. 117. 733.

788 Qui rite subdit: Requiritur tamen, ut per sententiam Judicis Ecclesiastici notum sit, Clericum enormibus se immiscere, & sine habitu, & tonsura incedere, aut cum habitu, & tonsura incedentem monitum per esse, ut non enormia committat; alius Judex secularis judicave, & poenae illam non potest. Quia qualitas tribuens jurisdictionem, prius probanda est. I. Si quis absentia, ff. de Judiciis. Quo probatio, non a jure seculari, sed ab Ecclesiastico, cui Clericus subditus, facienda est. Et maxime, quia Clericus regula-

E. 2. riet.

riter Curie seculari non traditur, nisi pravia degradatione ab Ordinibus; degradatio autem fieri non potest nisi à Iudice Ecclesiastico, & ex pravia probatione, & sententia declaratoria delicti: *n. v. de Degradatione.*

759 Denique Caltrop. *cit. n. 6.* addit Dixi, spectato iure communi, ob nullum crimen Clericum tradendum esse seculari Iudici puniendum, nisi incorrigibilis fuerit: ut tacite indicarem, ex recepta consuetudine sepe tradi nulla incorrigibilitate expectata, si delictum nimis avrox fit, & scandalosum, ac à viris piis, & prudentibus iudicetur, Republice convenit tale committentem è gremio Ecclesiasticum personarum pelli, & ultimo supplicio affici, ut de facto sepe ita iudicatum est. Ergo alicuius esse à ratione hanc panam executioni non mandari. Neque enim privilegium Ecclesiasticæ immunitatis, & ultimo supplicio affici, nulla monitione pravia, nullaque incorrigibilitate expectata: *vid. memo. 676.*

790 Denique Urb. VIII. per Bullam *In superuenia* editam 1627. nullam mentionem faciens de incorrigibilitate, absolute statuit, personas Ecclesiasticas, sive seculares, sive Regulares in locis duntaxat Italicis existentibus, quæ aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel alias adulterare presumpserint, pravia degradatione esse Curie seculari tradendas, ultimo supplicio puniendas. Præfacta autem Bulla non comprehendit Sicilianos, quia non exprimit insulas coadjacentes, quæ in odiosis non veniunt nomine Italicæ, nisi exprimantur.

De Immunitate agunt Diana *p. 1. r. 1. & 2. p. 3. q. 5. & 6. r. 1.* Caltropal. *p. 2. disp. unica* Bordonus *ref. 1. Tancr. tom. 3. r. 1. lib. 4. Alarius lib. 2. var. Immunit. Fagnan. lib. 3. tit. de Immunit. lib. 1. C. Consuetudines, de consuetudine. Ibid. c. Magnus, de obligat. ad ratiocin.*

GABELLA

791 **E**st exactio publica, à Principe imposta subditis ad suæ domus sustentationem, & Regni conservationem, puta ad præsidia retinenda, ad bella gerenda, ad Pontium, Municipiorum, ac Navium conservationem; & ad alia pro Regni custodia necessaria providenda: *v. memo. 800.*

Ut gabella sit iusta, requiritur iustitia ex parte quatuor causarum, efficientis, materialis, formalis, & finalis. Ita ut si gabella sit ini-

usta, seu sint impostæ, aut auctæ, præterquam in casibus à iure, seu speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis, tam impotentibus, aut auctores, quam imponi, aut augeri exigentes, incident in Excommunicationem [Bullæ Conæ, §. 5. *Utam.*

792 Ex parte efficientis pro iustitia requiritur, ut, qui imponit, sit Princeps supremus alium Superiorem in temporalibus non agnoscens: vel inferior de mandato supremi. Unde gabellas imponere non potest Provincia, Civitas, &c. nisi ex consuetudine legitima, aut privilegio, quo gaudet Urbs Barcinonensis. *Mendo ver. Gabella.*

793 Potest Princeps alicuius sibi & communitati benemeritum, etiam cum suis descendentibus, à solutione alicuius Gabellæ eximere, ut infra dicemus de Monte Piætatibus.

794 Ex parte Causæ materialis, Jus civile in 1. *Univerfi, Cod. de vestigal. & in leg. omnium ibid. decernit, ut gabellæ imponantur solum in rebus mercimoniis, & negotiorum causa de una in aliam Provinciam aut Urbem apponatis, tam ingreditendo, quam exeundo. Unitatis, tam ingreditendo, quam licente gabellæ impostæ super victualibus, frumento, pane, vino, oleo, carnibus, &c. Toletus lib. 5. cap. 74. Cajet. *ver. vestig. quia* proportionem non servant, cum æque gravent pauperes, ac divites.*

795 Suarez tamen de *leg. 1. 5. cap. 16. Dian. part. 2. tract. 17. resol. 28.* tenent, gabellas super victualibus impostas non esse iniustas, si consuetudo adsit; quia lex civilis potest per consuetudinem abrogari. Et illa oppressio pauperum, in quantum æque gravantur, ac divites, compensatur per hoc, quod cum tales gabellæ minurim, & quasi insensibiliter solvantur, minorâ capitunt incommoda pauperes, quam si cenâ impitis, aut patrimonii gravarentur.

Certum tamen est, eas esse iustas, si consuetudo legitime præscripta vigeat, & publica necessitas adsit, ac gabellæ super mercibus non sufficiant.

796 Sub nomine *gabellæ* comprehenditur, Primo *Tallia*, quæ imponitur subditis solvenda pro portione habita ad eorum bona, quæ etiam vocatur *Impostio*, & *Collecta*, quæ solvet imponi aliquæ communi, & publica necessitate urgente, aut titulo matrimonii à Principe contracti, veluti ad ornatum uxoris, & ad sponsalium splendorem, iuxta Regionis consuetudinem.

797 Secundo venit tributum, & pensio de solvenda annata, aut immedia annata super offic-

ciis, & muneribus concessis à Principe.

798 Angaria autem, & Perangaria non sunt reputanda: inter gabellas, quia sunt iniustæ: sunt enim *Coactio iniusta ad onus mere personale, aut mixtum ex labore personale, & munere aliquo persolvendo.* Angaria est onus mere personale, Perangaria onus mixtum.

799 Ex parte Causæ formalis pro iustitia requiritur, ut servet proportio tam vassalorum inter se, ut in *n. 794.* quam ad vires Regni; nam si vires Regni non sufficiunt, iniusta est gabella, & si vassalli sint plus æquo gravati, tenetur in conscientia Princeps gabellas minuere.

800 Ex parte Causæ finalis requiritur iusta causa, nimirum publica necessitas, & communis utilitas, ut in *n. 790.* Sine iusta causa non potest Princeps gabellas imponere; alias peccat, & ad restitutionem tenetur.

801 Si gabella sit imposta ab determinatum finem, & cessante continuari non potest, nisi inter alia aequalis necessitas, quia tunc commutatur materia. *Mendo cit. nu. 7. v. memo. 822.*

802 Pro quantitate gabellæ non potest certa regula tradi, sed est remittenda arbitrio boni, & periti viri, qui attendere debet necessitatem, & proportionem iuxta superius dicta; adeoque Principes non debent gabellas imponere sine maturo timoratorum, & peritorum Theologorum, ac Jurisperitorum consilio.

803 Diana *part. 1. r. 2. resol. 132.* tenet non esse iniustam gabellam, si excedat octavam partem valoris rei, dummodo cætera conditiones concurrent.

Rite autem de iustitia gabellæ dubitat Consecutus cum aliis apud Dianam *cit.* si excedat octavam partem valoris rei, est nanque excedens. Cuius *ver. lex de Præstatione, C. de vestigalibus,* talem excelsam præbens.

Et quantum dicta res valeat pro Regni Imperio subiectis (aut ad Diana) potest aliis inferre pro exemplo.

Et quidem in nostra Urbe Panormi præxis est, & præfixo, ut pro gabella solvatur decima pars, & aliquanto minus valoris currentis rei, puta mercium; pro qualibet nanque uncia valoris currentis ei solvantur pro gabella tarenii duo, grana decem, & novem. & duæ partes grani, videlicet, tarenus unus, & quatuor partes grani pro ratione Regiæ Caplæ; grana decem, & octo, & quatuor partes grani pro ratione Regiæ Dignæ; & tarenus unus pro gabella novi imposti.

Hæc pacto unius locorum cives sint immunes à portione gabellæ granorum decem, &

Examem Ecclesiæ.

octo, & quatuor partium grani spectantis ad Regiam Doganam; tales sunt Cives Urbis Panormi, & quæmplurimum locorum, qui solum alius duas portiones tarenorum duorum, & quatuor partium grani solvere tenentur pro qualibet uncia valoris mercis. Aliorum vero locorum cives solvere tenentur omnes tres portiones ad summam tarenorum duorum, granorum decem, & novem cum duabus partibus grani; unde illi vocantur solum vulgo *Francis*, illi *Rotabiles.*

804 Si iustitia gabellæ non sit certa, sed sub opinione; Princeps non potest sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori: sequitur ex dictis *n. 74. & à n. 108.* quia agitur de iustitia commutativa, v. g. de spoliando subditos bonis, quæ possident. *Mendo ver. Gabella, n. 2.*

GABELLAS SOLVERE NON TENENTUR

805 **E**cclésiæ loca, pia, & Ecclesiastici fideles, & Clerici, sive Religiosi utriusque sexus, *n. 755. & à n. 794. ad 715.* Qui non possunt directe, aut indirecte gravari gabellis a tributis, & alio oneribus, neque super bonis patrimonialibus, sive illis, ad quorum titulum sunt ordinati, sive aliis quæ modolibet eis proveniunt, v. g. de spoliando hereditatis, donationis, &c. quia iura *n. 712.* relata indistincte loquuntur.

Indirecte gravantur Clerici, si gabella super reimponeretur, non principaliter in gravamen Clericorum, sed generaliter in gravamen omnium, ita ut Clerici illam emerent sub eo gravamine.

806 Non eximuntur à gabellis Clerici. 1. Si habitum Clericalem assument in fraudem gabellarum, absque intentione in eo ita permittendi: loquitur *ex n. 758. & 759. quia fiant novum patrimonium.* 2. In bonis ex donationis v. g. à parentibus, donatione apparenti, in fraudem gabellarum, ut nimirum Clericorum scuto non sint subiecta gabellis, *v. n. 715. 724. 725. 736.* Denique ex rebus, & fructibus, quos Ecclesiæ vendunt, solvi debet gabella. *Mendo v. Gabella, n. 12.*

QUERES,

807 An possit Princeps ob publicam necessitatem gabellam imponere solvendam nedam à laicis versum etiam ab Ecclesiasticis?

R. Eip posse, quinque concurrentibus conditionibus.

Prima est Ut necessitas, vel utilitas sit magna & evidens, ex c. Non minus. 4. de immunit.

808 Secunda. Ut facultates laicorum non sufficiant, ex cit. cap.